Theodore
Besterman

P S

A:j

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute

http://www.archive.org/details/pontificvmromano00cava

PONTIFICVM ROMANORVM EFFIGIES.

SERENISSIMO PRIN
CIPI. ET. DOMINO.
ANDREAE. S. R. E.
CARD. DE AVSTRIA.
D.

Opera et ſtudio, Ioañis Bap
tistæ de Cauallerijs collectæ
ac typis aeneis inciſæ.

Ex Typographia
Dominici Basæ.

SERENISSIMO PRINCIPI,

ET DOMINO D. ANDREAE S.R.E. CARDINALI DE AVSTRIA.

Io. Baptiſta de Cauallerijs. S. D. ſeruitutemq́. ſuam commendat.

ROMANORVM PONTIFICVM Cathalogum, quàm maximè fieri potuit, veris eorum imaginibus, & compendioſa deſcriptione, illuſtratum, cuinam potiſſimum dicare deberem, cum accuratius mecum expenderem; tu primus mihi, CARDINALIS AMPLISSIME, in mentem veniſti, meq́, ancipiti delibera-

tione illicò liberaſti. Tanta enim ſemper fuit, nobiliſsimæ iſtius tuæ familiæ, qua nulla eſt in terris illuſtrior, erga Sanctam Sedem Apoſtolicam obſeruantia, tantum illius promouendæ, atque defendendæ ſtudium, vt nullius patrocinio libellus hic rectius committi potuerit, quàm eius Principis, qui genus ſuum ex ea domo duceret, cuius præclara in vniuerſam Christianã Rempublicam, atque adeò in plurimos quoque Romanæ vrbis Pontifices, extant merita. Splendor præterea nominis, & celeberrima præclaræ tuæ indolis fama, vt ſuſcepti conſilij mei rationem proſequerer, tanto vehementius me incitabat, quantò à maleuolorum obtrectationibus, opus ipſum magis liberum fore iudicabam, ſi ſub tanti

Princi-

Principis auſpicio in lucem prodiret, qui natus, & ad omnem humanitatem ita inſtitutus eſſet, vt nec modica ſpernere, nec gratia patrocinioque ſuo eos deſtituere ſit ſolitus, quos ad ſe confugientes videret. Sed & perpetua omnium noſtrum erga te, inclytamq́; familiam tuam obſeruantia, optimo iure id exigere videbatur, quandoquidem & Ioannes Cauallerius, qui à Confeſſionibus fuit Sereniſſimo Parenti tuo, et Antonius, qui tibi ipſi præſentem nauat in ſacris rebus operam, vobis patronis & benefactoribus vtuntur, vt & ego aliquod meæ ſeruitutis monimentum tibi offerrem: quod magis ad rem accommodatum hoc tempore apud me reperire non potui, quàm ſi tibi Sanctæ Romanæ

Eccleſiæ Cardinali, & Romanam pietatem in omnibus actionibus tuis exprimenti, librum hunc, in quo omnium Romanorum Pontificum ſimulacra continentur dicarem, quibus inſpectandis te interdum oblectares, & quæ tuæ familiæ propria laus eſt, animum tuum ad Sanctæ huius Sedis dignitatem, & commoda promouenda in hac iuuenili ætate tua ita componeres, vt quemadmodum te nunc in patronum iſtius libelli aſſumimus, ita te, vbi res & tempus poſtulauerit, ætate prouectior, afflictis Eccleſiæ Dei rationibus, religioniq́ꝫ, proh dolor, multis in Germaniæ partibus labanti, ſtrenuum propugnatorem præſtare memineris. Accipe igitur munuſculum hoc, qua ſoles humanitate: in quo, vbi rei

ſubie-

ſubiectæ dignitatem & maieſtatem, tuam & animi grati à quo proficiſcitur, magnitudinem conſideraueris, bona ſpe ſum, quòd tui nominis amplitudini & ſublimitati, illud nõ incongrue reſpondere iudicabis: animumq́; meum, omni impudentiæ ſuſpicione vacare intelliges, qui ad gratiam tuam promerendam, eam ſibi rationem ineundam putauit, quæ & dignitati tuæ conueniret, & non ſolum tibi, ſed omnibus etiam Chriſtianæ, Catholicæ, Apoſtolicæq́; doctrinæ ſtudioſis, grata eſſet. Quod vt facias maiorem in modum, etiam atque etiam abs te peto. CHRISTVS IESVS *te nobis Eccleſiæq́; ſuæ diutiſſimè incolumem, ac florentem conſeruet.*

CHRISTIANO LECTORI. S. D.

AD confirmandam Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei veritatem, quantũ momenti adferat legitima Romanorum Pontificum ſucceſſio, ab ipſo Diuo Petro Apoſtolo, cui gregis ſui paſcendi curam Chriſtus Dominus concredidit, adhæc vſque tempora noſtra cõtinuata, vel inde, Chriſtiane Lector, animaduertere potes, quòd hoſtis generis humani Diabolus, per membra ſua Schiſmaticos & Hæreticos, in hoc vnum, omne ſtudium ſuum cõfert, vt fundamentum hoc, in quo Chriſtus Eccleſiam ſuã ædificauit, ſubruere & ex animis fidelium penitus extirpare poſſit. Scit enim ſerpens ille callidus, ſe tum demum circa Eccleſiæ naufragia atrocius graſſaturum, ſi quãdo gubernato-

bernatorem ſublatū, & pulcherrimū ordinem Eccleſiæ conturbatum animaduerterit. Cæterùm Diuina illa bonitas & ſapiētia, quæ prçſidio ſuo nūquam Eccleſiam deſtituere ſolet, inter tot labentium temporū varietates & difficultates, id Sanctorum Patrum vigili cura ſtudioq; perfecit, vt veluti per manus traditam, integram eorum ſeriem haberemus, qui poſt Diuum Petrum Apoſtolorum Principem, Eccleſiæ Dei, ductore Spirituſancto, ita prçfuerunt, vt & ſanam à Chriſto Apoſtolisq; traditam doctrinam, illibatā conſeruarent, & fratres ſuos in fide confirmantes, Hæreticorum errores, quibus plurimorum mentes faſcinare Diabolus numquam intermittit, euerterent ac cōdemnarent. Qua quidem in re ſingularē Saluatoris noſtri prouidentiam, & in promiſſione Petro Apoſtolo facta, veritatem manifeſtè exhibitā

admi

admirari licet; quòd cùm in pleriſque Eccleſijs, quæ ab Apoſtolis erant fundatæ, Epiſcoporum cõtinua ſeries ſæpius interrupta, defecerit, ſola Romana Eccleſia, tam excellenti Diuinę gratiæ priuilegio dotata videatur; vt in tãtis Tyrannorũ perſecutionibus portæ inferi aduerſus eam præualere non potuerint; & fides Petri, pro qua Chriſtus, vt ne deficeret orauit, in ſucceſſoribus Petri, perpetuò ſalua, & nullius erroris labe contaminata, viguerit. Hinc videre licet Priſcos illos Sanctos Patres, cùm pro veritate contra falſas Hæreticorum opiniones decertarent, ab ipſis Apoſtolis deductã Romanorum Epiſcoporum ſucceſſionem, tamquam validiſſimum arietem, deſtruendis illorum erroribus admouiſſe, & hanc demum certiſſimam fidei regulam eos iudicaſſe, quę cũ viſibili paſtore, & Chriſti in terris Vicario per omnia

nia conſentiret. Quoniam autem quod ſunt hominibus in litteris verſatis ſcripturæ, hoc ſunt idiotis picturæ, non modo per illas, ſed & per iſtas pij Maiores noſtri rudioribus inſinuare voluerũt, quos veræ fidei duces, & Magiſtros ſequi, quorumq; veſtigijs inſiſtere potiſſimùm deberét. Atque hac maximè de cauſſa, in templis Deo dicatis, quæ in hac alma vrbe venerandæ antiquitatis memoriam retinent, Sanctorum Pontificum ſeriem, multis in locis, coloribus expreſſam reliquerunt, vt vel hac etiam ratione populos in fide confirmarent, & quam doctrinam illis traderent, nimirum eam, quę ab Apoſtolis eorumq́; ſucceſſoribus vbiq; diffunderetur, omnibus palàm facerent. Hæc ego mecũ expendens, &quorſum impietatis deuenerint perditi quidam homines, qui à patre ſuo Diabolo edocti, omnes machinas, ad

ob-

obnubilandam hanc præclarã in Eccleſia Dei lucem, adhibent, diligentius conſiderans; vt & ipſe pro modulo meo aliquid adferrem, ac in Eccleſiæ gazophilacium, tot Clarorum virorum, qui perpetuam hanc Pontificum Romanorum ſucceſſionem, ſcriptis ſuis egregiè defenderunt, theſauris refertum, cũ illa paupere vidua, duo minuta immitterem; Pontificum imagines conquirere, & conquiſitas in lucem proferre conſtitui: rem ſanè arduam, & cũ primis difficilem aggreſſus: quæ tamen, per Dei gratiam, adeò non infeliciter ceſſit, vt licet magnum laborem ſuſcepiſſem, non tamen niſi re planè perfecta conquieſcere potuerim. Multas enim Pontificum effigies, poſt eas quæ pridẽ opera F. Onuphrij Panuinij in publicum prodierũt ſtudioſè conquiſitas, partim ex ſepulturis, picturis, & Muſiuæis antiquis,

partim

partim ex numiſmatibus excerptas, in vnum collegi. Reliquas autem ex Baſilicis Sanctorum Petri & Pauli, diuerſiſq; in Vrbe Eccleſijs depromendas curaui, ea potiſſimùm ratione ductus, vt cùm tibi, Chriſtiane Lector, viuas imagines repręſentare non poſſem, ſaltem eas exhiberem, quas à multis retro ſæculis, in antiquioribus vrbis Romæ Eccleſijs depictas cernere licet; vt ſic antiquitatis nihilominus ſpeciem aliquam, vel in ipſa habitus ratione, videre, & ea te oblectare poſſes. Probabile enim eſt, quamuis ſæculum illud politioris picturæ fuerit expers, in effingendis tamen eius generis imaginibus, Romæ præſertim, traditionem quandam ſequutum fuiſſe. Nam abſurdum videri non debet, in ipſo creſcentis Eccleſiæ initio, non defuiſſe multos, qui quod ſtudium in colēdis Dęmonum idolis antea nefariè ponebant,

bant, hi poſtmodum Sacro Baptiſmatis fonte abluti, illud ad propagandũ verum veri Dei cultum, qui in Sanctis ſuis piè colitur & honoratur, laudabiliter conuerterint; & ad deuotionem excitandam, eorum imagines, qui pro Christo glorioſam mortem oppetere nõ dubitarunt, apud ſe religioſe aſſeruauerint: illorum autẽ maxime, quos vel dignitate Eccleſiaſtica, vitæ ſanctimonia, vel miraculorum magnitudine, cæteros ſuperare videbant. Imaginum certè in Eccleſia Dei, vſum antiquiſſimum, & ab ipſis Apoſtolorum temporibus deductum fuiſſe conſtat: quo tempore, cùm artes iſtę paſſim in vrbe floruerint, haud obſcurè coniectari poſſumus, eos qui Sanctorum Martyrum, aut Pontificum imaginibus aſſeruãdis ſtudebant, naturalibus potius lineamentis expreſſa, quàm fictitia aliqua eorum effigie, fuiſſe delectatos

ctatos. Hæc & id genus alia, vbi dili gentius tecum, benigne Lector, conſideraueris, bona ſpe ſum, quòd diligentiam hanc noſtram non improbabis, qui venerandæ antiquitatis memoriam, quantum licuit, edito hoc libello conſeruare, omnibusq́; palàm facere ſtuduimus, Romanorum Pontificum ſucceſſionem, quam noſtri temporis Hæretici impudenter oppugnant, ita apud nos integram vigere, vt non modò, nomina, genus, & patriam ſingulorum, ſed etiam effigies ipſorum, ad viuum expreſſas oſtendere poſſimus. Benè vale; & labore hoc noſtro felix fruere.

Tu es Petrus: et ſuper hanc Petram ædificabo Eccle:ſiam meam: et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Matth. XVI.

GREGORIVS PAPA XIII.
DILECTO FILIO
IO. BAPTISTÆ DE CAVALLERIIS

Tridentinæ diæceſis Salutem & Apo-ſtolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper feciſti, quòd tu in Vrbe noſtra ærium inciſor nō abſque ingenti labore, & magna tua impenſa, ac longo temporis interuallo, Nouum opus imaginum, & figurarum, ſeu effigierum in ære diligenter, & accurate omnium, & ſingulorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorū incipiendo à beato Petro Apoſtolo vſq. ad noſtra tempora vnà cū eorum vitis compendioſe deſcriptis ex quondā fratre Honuphrio Panuino Veronēſi ordinis Heremitarū ſancti Au-

cleſię mediate, vel immediate, ſubie
cto ad Decem Annos continuos à
Data pręſentium inchoandos per ſe
vel alium, ſeu alios publice, vel oc-
culte, directe, vel indirecte, principa-
liter vel incidenter, ſeu etiam in to-
to, vel in parte, neq. in paruo, neq. in
magno, aut quouis alio volumine,
folio, aut forma, neq. tam in carta,
ſeu papirio, & membrana, quàm in
linteis, aut pannis, etiam ſericeis, ſeu
etiam tabulis ligneis, vel ferreis, aut
æneis, aut quacunq. alia materia, &
tam coniunctim, quàm diuiſim, vel
ſeparatim imprimere, vel excudere,
aut etiam ſculpere, vel incidere, ſeu
imprimi, excudere, ſculpi, vel incidi
facere, neq. etiam ab alijs & etiã alibi
vbilibet, impreſſas, excuſſas, ſculptas,
vel inciſas, aut imprimendas, excu-
dendas, ſculpendas, vel incidendas
vẽdere, ſeu venales habere, vel tene-
re poſſit, nec debeat, Apoſtolica au-

ctoritate cōcedimus,& indulgemus; Diſtrictius inhibētes vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus & perſonis vtriuſq. ſexus,cuiuſcunq. dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, aut ſint, præſertim vero Bibliopolis,Impreſſoribus,Sculptoribus,& Inciſoribus in Vrbe,& illius diſtrictu, ac toto ſtatu Eccleſiaſtico mediate,vel immediate ſubiecto exiſtētibus,ſeu degentibus pręſentibus; & futuris in virtute Sanctæ obedientię,& ſub excōmunicationis maioris latæ ſententię,Necnon Quingentorum Ducatorum Auri de Camera,& amiſſionis dictorum operum Typorum imaginū,figurarum,vel effigierum ac inſtrumentorū ſuorum pro vna videlicet Cameræ noſtræ apoſtolicæ,& pro alia tibi, & tuis prædictis,& pro alia accuſatori,ſeu denunciatori,ac pro reliqua partibus Iudici exequenti irremiſſibiliter appli-

candorũ pœnis eo ipſo, ſi & quotie
contrafactũ fuerit, & per quemlibe
contrauenientem incurrendis, ne
dictis Decẽ Annis durantibus opus
imaginum prædictarũ ſeu aliquas ip
ſarum abſq. expreſſa tua, vel tuorũ
prædictorum licentia, vt præfertur,
aut alias quouiſmodo imprimere,
excudere, ſculpere, vel incidere, aut
imprimi, excudi, ſculpi, vel incidi fa
cere, neq. etiam, tam ipſum opus ſeu
quaſcũq. illius figuras, quàm ab alijs
etiã alibi vbilibet forſan impreſſas,
vel imprimen. publice, vel occulte
vẽdere, aut alias venales habere, vel
tenere audeant ſeu præſumant. Man
dantes propterea Vniuerſis, & ſingu
lis dilectis filijs Gubernatoribus, Lo
catenentibus, Legatis, Vicelegatis,
Poteſtatibus, Communitatibus, Vni
uerſitatibus, Prioribus, Prætoribus,
ceteriſq. Iuſdicentibus eccleſiaſticis,
& ſæcularibus, necnon etiã Venera-

bilibus fratribus noſtris Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis, alijſq. locorũ Ordinarijs, & eorũ Vicarijs in ſpiritualibus generalibus, ac etiã Bariſellis, executoribus, & iuſtitiæ miniſtris, tam per dictã Vrbem, & illius diſtrictum, quàm totũ reliquũ ſtatum eccleſiaſticum prædictũ conſtitutis præſentibus, & futuris quatenus præſentes noſtras litteras inuiolabiliter obſeruẽt, & attendãt, illaſq. ab omnibus obſeruari mandent, & faciant, necnon etiam cenſuras, & pœnas præfatas in contradictores quoſlibet, & rebelles, ſeu inobedientes exequãtur, & exigant, ac, vt præfertur, applicent, & applicari faciant realiter, & cum effectu. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac etiam iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & legibus, priuilegijs quoq.

indultis, & litteris apoſtolicis, ſub quibuſcũq. tenoribus, & formis etiã motu proprio, & conſiſtorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica & expreſſa mentio habenda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſq. cõtrarijs quibuſcunque. Volumus autẽ, quòd præſentiũ tranſumptis, etiam in ipſis operibus impreſſis, plena, & eadem fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur. Dat. Romæ apud Sanctum Petrũ ſub Annulo Piſcatoris Die Prima Nouembris, 1580. Pont. noſtri Anno Nono.

Alex. Peregrinus.

A. Calorius.



ROMANORVM PONTIFICVM EFFIGIES.

Ioannis Bap. de Caual-
leriis opera et ſtudio
æneis tabulis incisæ,

*Adiecta eſt in ſingulos pontifi-
ces breuis èlucidatio ex diuer-
ſis autoribus collecta.*

ROMÆ · M · D · LXXX

Sanctus Simon Petrus Cephas Iohannis filius Bethſaidenſis Galilæus, Ieſu Chriſti diſcipulus, atque ab eo Princeps Apoſtolorum, & Paſtor vniuerſi gregis Dominici Maximus deſignatus, primus Romanam Eccleſiam fundauit, erexitque, ac in ea Epiſcopus primus, Tit. Claudio Cæſare Auguſto Germanico, & Imperatore Nerone, Claudio Cæſare Auguſto Germanico, III. Cal. Iulij, Anno Domini LXVIII. propter Chriſti nominis confeſsionem, Romæ capite deorſum verſo, in cruce affixus, atque in monte Vaticano ſepultus eſt. Sedit Annos XXIIII. Menſes V. Dies XII.

S. SIMON PETRVS

II

Sanctus Linus Herculani filius Volaterranus Etruſcus, Petri Apoſtoli diſcipulus, & ab eo cum Cleto Chorepiſcopus ordinatus, ſedit Romæ annos XI. Menſes III. Dies XII. paſſus IX. Calen. Octobris, Atque iuxta S. Petri Apoſtoli corpus, in Vaticano ſepultus.

S. LINVS

Sanctus Cletus Aemiliani filius, Romanus, de Regione Eſquilina, tertius in ordine Pontificum Romanorum, Imp. Cæs. Tito Flauio Veſpaſiano Augu. Imp. T. Cæs. Veſpaſiano Augu. & Imp. Cæs. Flauio Domitiano Aug. Germanico, iuxta Pontacum & Platinam, Romæ ſedit Annos XII. Menſem I. Dies II. Paſſus eſt VI. Cal. Maij, & in Vaticano iuxta corpus B. Petri ſepultus. Vacauit ſedes, Dies XX.

S. CLETVS

CLETVS·I· PAPA ROMANVS

3

Sanctus Clemens, Fauſtini filius Romanus, de Regione II. Cælimontium, Imp. Domitiano, Nerua, & Traiano, ſedit Annos IX. Men. II. Dies X. Paſſus IX. Cal. Decemb. in ponto, vbi in exilium actus fuerat, ibidem iacuit vſque ad tempora Nicolai Papæ primi, ſub quo Romam translatus, in Baſilica ſuo nomini dicata, conditus eſt. Vacat ſedes Dies XIII.

Vt habetur in Breuiario Romano.

S. CLEMENS

Sanctus Anacletus, Antiochi filius, Athenienſis Græcus, S. R. E. Presbyter, a Beato Petro Apoſtolo factus, quintus Pontifex Romanus, Imp. Cæs. Flauio Domitiano Augu. Germanico, ſedit Annos IX. Mens. IX. Dies X. vt in Breuiario Romano continetur.

Paſſus eſt III. Idus Iulij, & ſepultus in Vaticano iuxta S. Petrum. Vacauit ſedes dies XIII.

S. ANACLETVS

Sanctus Euariſtus Iudæ filius, Bethleemites Syrus, Imp. Cæſare Flauio Domitiano Auguſto Germanico Imp. M. Cocceio Nerua Cæſ. Aug. & Imp. Cæſ. Nerua Traiano Auguſto Germanico Dacico, Romæ in Cathedra Petri ſedit annos XIII. Menſes III. vt Onuphrius ponit.

Creatus VI. Cal. Auguſti, cumque ordinationes tres, menſe Decembri feciſſet, quibus, Epiſcopos V. Presbyteros VI. Diaconos II. creauit, VII. Cal. Nouemb. Anno Chriſti CIX. paſſus eſt, & iuxta S. Petri Apoſtoli corpus, in Vaticano ſepultus. App. Annio Trebonio gallo, & M. Atilio Metilio Bradua, Coſ. poſt eius obitū vacauit Romana ſedes Dies XIX.

S. EVARITVS

Sanctus Alexander Alexandri filius Romanus de Vico caput Tauri, Imper. Cæſare Nerua Traiano Auguſto Dacico Parthico, ſedit Annos VII. Menſes V. Dies XIX.

Creatus XVII. Cal. Decembris, & cum ordinationes tres Menſe decēbri feciſſet, quibus Epiſcopos V. presbyteros VI. Diaconos III. ordinauit, V. nonas Maÿ, Anno Chriſti CXVII. paſſus eſt, & via numentana, ſeptimo ab vrbe lapide, ſepultus. L. Antiſtio. L. filio vetere, & L. Æmilio Æliano Coſ. Vacauit ſedes Menſem vnum, & Dies IIII.

S. ALEXANDER

Sanctus Xyſtus Paſtoris filius Romanus, de Regione Via lata, Imp. Cæſare Nerua Traiano Auguſto Parthico, & Imperatore Cæſare Traiano Hadriano Auguſto, ſedit annos IX. Menſes IX. Dies X.

Creatus VI. id. Iunij, qui cum ordinationes tres Menſe Decemb. Epiſcoporum IIII. Presbyterorũ XI. & Diacon. IIII. feciſſet, VIII. id. Aprilis Anno Chriſti CXXVII. paſſus eſt, & in Vaticano iuxta S. Petrum ſepultus, Veſpronio Vero, & Vibullio Pio Coſs. Vacauit ſedes Dies II.

S. XISTVS

Sanctus Teleſphorus Anachoretæ filius Græcus, Imperatore Cæſare Traiano Hadriano Auguſto, ſedit Annos XI. Menſes VIII. Dies XXVIII.

Creatus V. Id. Aprilis, ordinationibuſq; quatuor, Epiſcoporum XIII. Presbyterorū XII. & Diaconorū VIII. Menſe Decemb. factis, nonis Ianuarij, Anno Chriſti CXXXIX. paſſus eſt, ac in Vaticano ſepultus, Quintio Nigro Magno, & Sulpitio Camerino Coſs. Vacauit ſedes Dies VII.

S. TELESPHORVS

Sanctus Hyginius Philoſophi filius Athenienſis Græcus, Imperat. Cæſare T. Ælio Hadriano Antonino Auguſto Pio, ſedit annos XI. Creatus Idibus Ianuarijs, cumq; ordinationes tres Menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos VI. Presbyteros XV. Diaconoſq; V. creauit, III. Id. Ianuarij Anno CL. paſſus eſt, & in Vaticano, iuxta Sanctum Petrum ſepultus, Ser. Cornelio Scipione Orſito, & Q. Nonio Priſco Coſſ. Vacauit ſedes Dies III.

S. HYGINIVS

X I

Sanctus Pius Rufini filius Aquilegienſis, Imperatore Cæſare T. Ælio Hadriano Antonino Auguſto Pio, ſedit Annos IIII. Menſes V. Dies XXVII.

Creatus XVIII. Calendas Februarij, qui cum ordinationes quatuor, menſe Decembri, Epiſcoporum X. Presbyterorũ XIX. & Diaconorum XI. feciſſet. V. Idus Iulij, Anno CLIIII. paſſus eſt, ac in Vaticano ſepultus, Brutio præſente, & Antonio Rufino Coſſ. Vacauit ſedes Dies XIII.

S. PIVS

Sanctus Anicetus Ioannis filius, de vico Numicia, vel vt Aliqui, Humiſia, Syrus Imperatore Cæſare T. Ælio Hadriano Antonino Auguſto Pio, Imperatore Cæſare M. Aurelio Antonino Auguſto Germanico Sarmatico, & Imperatore Cæſare L. Ælio Aurelio vero Commodo Antonino Auguſto Armeniaco, ſedit Annos VIII. Men. VIII. dies XXIIII.
Creatus VIII. Cal. Auguſti, ordinationes autē quinque, Epiſcoporum IX. Presbyterorum XVIII. & Diaconorum IIII. Menſe Decēbri fecit. paſſus eſt XV. Calen. Maij, Anno Chriſti CLXIII. ſepultuſq; via Appia, tertio ab vrbe lapide, in cœmeterio, quod poſtea Caliſti appellatū eſt, Iunio Ruſtico iterum, & Vectio Aquilino Coſſ. vacauit Romana ſedes Dies XVII.

S. ANICETVS

*Sanctus Sother Concordij filius Fundanus Cã-
panus, Impp. Cæſaribus M. Aurelio Antonino
& L. Ælio Aurelio vero Auguſtis, ſedit an
nos VII. Menſes XI. Dies XVIII.*

*Creatus iij. nonas Maij, qui cum ordinationes
ſex, menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſco-
pos XI. Presbyteros XIX. Diaconosq; IX.
creauit, X. Cal. Maij, Anno Chriſti CLXXI.
paſſus eſt, ac via Appia ad catecũbas, in cœ
meterio, quod poſtea Caliſti appellatũ eſt, ſe-
pultus, L. Iunio Claro, & M. Aurelio
Senero Cethego Coſſ. Vacauit Ro
mana ſedes Dies XXI.*

S. SOTHER

SOTHER·I·PP· CAMPANVS

13

Sanctus Eleutherus Habundij filius Nicopolitanus Græcus, Imperatoribus Cæſaribus M. Aurelio Antonino, & L. Aurelio Cõmodo Auguſtis, ſedit annos XV. dies XIII. Creatus pridie Id. Maij, ordinationes tres mẽſe Decembri fecit, Epiſcoporum XV. Presbyterorum XII. & Diaconorum VIII. paſſus eſt VIII. Cal. Iunij, anno CLXXXVI. & in Vaticano ſepultus, L. Triario Materno, & M. Atilio Metilio Bradua Coſſ. Vacauit ſedes dies III.

S. ELEVTHERVS

Sanctus Victor Felicis filius Afer, Imp. Caſ. M. Aurelio Commodo Antonino Pio Felice Auguſto, Imperatore Cæſare P. Neluio Pertinace Augusto, & Imperatore Cæſare L. Septimio, M. F. Seuero Pio Pertinace Auguſto, ſedit annos XII. Menſ. I. Dies XXVIII. Creatus Calen. Iunijs, ordinationes duas menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XII. Presbyterorum iiij. & Diaconorum vij. & V. Cal. Auguſti, Anno Christi CXCVIII. paſſus eſt., ac in Vaticano ſepultus, Ap. Claudio Laterano, & M. Mario Titio Rufino Coſſ. Vacauit ſedes dies XII.

S. VICTOR

Sanctus Zepherinus Habundij filius Romanus Imp. Cæſ. L. Septimio Seuero Auguſto Imp. Cæſ. M. Aurelio Caracallo, Antonino P. F. Auguſto, & Imp. Cæſare M. Opelio Seuero Macrino Felice Auguſto, ſedit annos XX. dies XVII.

Creatus IIII. Id. Auguſti, ordinationes IIII. menſe Decembri fecit, quibus Epiſcop. XIII. Presbyteros XIII. & Diaconos VII. creauit. Paſſus eſt VII. Cal. Septemb. anno CCXVIII. & in cœmeterio ſuo iuxta catacumbas, Via Appia ſepultus eſt, Brutio præſente, & Extricato Coſſ. Vacauit ſedes Romana dies VI.

S. ZEPHIRINVS

C

Sanctus Caliſtus Domitij filius Romanus, de vico Rauennatium, Imp. Cæſare M. Opelio Seuero Macrino Felice Auguſto, Imperatore Cæſ. M. Aurelio Antonino Alagabalo P. F. Auguſto, & Imp. Cæſare M. Aurelio Seuero Alexandro Auguſto, ſedit annos VI. meſem vnum, dies XIII.

Creatus IIII. nonas Septembris: cumq; ordinationes quinque, menſe Decembri, Epiſcoporum VIII. Presbyterorum XVI. & Diaconorum IIII. feciſſet, pridie Id. Octobris, Anno CCXXIIII. paſſus eſt, ac in cæmeterio Callepodij presbyteri ſui, via Aurelia tertio ab vrbe lapide, ſepultus, Maximo iterum, & Papirio Æliano coſſ.

Vacauit ſedes dies VI.

S. CALISTVS

CALISTVS · I · PP · ROMANVS

17

XVIII

Sanctus Vrbanus Pontiani filius Romanus, Imperatore Cæſare M. Aurelio Seuero Alexãdro P. F. Auguſto, ſedit annos VII. Menſes VII. Dies V.

Creatus XII. Cal. Nouembris, ordinationes V. menſe Decemb. fecit, quibus Epiſcopi VIII. Presbyteri IX. & Diaconi V. creati ſunt. Paſſus eſt VIII. Cal. Maij, anno CCXXXII. ſepultus eſt via Appia, in cœmeterio prætextati, M. Aurelio, Claudio Pompeiano, & Feliciano Coſſ. vacauit ſedes dies XXX.

S. VRBANVS

Sanctus Pontianus Calpurnij filius Romanus, Imperatore Cæſare Alexandro Auguſto, ſedit annos IIII. *menſes* IIII. *dies* XXVII. *Creatus* VIII. *Cal. Iulij, cumq; ordinationes duas, menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos* VI. *presbyteros* VI. *& Diaconos* V. *creauit, anno* CCXXXVI. *in exiliũ in inſulã Sardiniam actus eſt, ubi* XIII. *Cal. Decembris mortuus eſt, Romamq; relatus, in cœmeterio Caliſti, via Appia ſepultus* .L. *Catilio Seuero, & L. Ragonio Vrinatio Tuſconio Quintiano Coſſ. Vacauit ſedes diem vnum.*

S. PONTIANVS

Sanctus Antherus Romuli filius Græcus, Imperatore Cæſare C. Iulio Maximino P. F. Auguſto, ſedit menſem vnum, dies XIIII. Creatus in Sardinia, die poſt obitum Papæ Pontiani. XI. Calen. Decembris, & cum, Romæ menſe Decemb. Epiſcopum vnum creaſſet, III. nonas Ianuarij, Anno CCXXXVII. paſſus eſt, ac via Appia in cæmeterio Caliſti ſepultus, C. Iulio Maximino Pio, Felice, Auguſto, & C. Iulio Affricano Coſſ. Vacauit ſedes dies XIII.

S. ANTHERVS

ANTHERVS · I · PP · GRÆCVS

20

Sanctus Fabianus Fabÿ filius Romanus, Impp. Cæſaribus Maximino, D. Cælio Balbino, M..Clodio Maximo Pupieno, M. Antonio Gordiano, M. Iulio Philippo, C. Meſsio Quinto Traiano Decio P. F. Auguſtis, ſedit annos XIIII. dies IIII.

Creatus XVII. Cal. Februarÿ, ordinationibus quinque menſe Decembri, Epiſcoporum XI. Presbyterorum XXII. & Diaconorum VII. factis, paſſus eſt XIII. Cal. Februarÿ, anni Chriſti CCLI. & in cæmeterio Caliſti, via Appia ſepultus, Imp. Cæſare C. N. Meſsio Quinto Traiauo Decio. P. F. Auguſto ÿ, & Q. Herennio Etruſco Hoſtilio Meſsio Traiano Decio Iuniore nobiliſsimo Cæſare, Conſulibus. Vacauit ſedes menſem vnum, dies XXVI.

S. FABIANVS

Sanctus Cornelius Caſtini filius Romanus, Imperatoribus Cæſaribus Decio C. Vibio Treboniano Gallo, & Vibio Voluſiano Auguſtis. ſedit annos II. menſes V. dies XXVII. Creatus XIIII. Cal. Aprilis, cumq; ordinationes duas Menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopi VII. Presbyteri IIII. & Diaconi IIII. creati ſunt, XIX. Cal. Octobris, Anni Chriſti CCLIII. Paſſus eſt, & iuxta cæmeterium Caliſti via Appia, in prædiolo Lucinæ prope Harenarium in cripta ſepultus eſt, Imperatoribus Cæſaribus Gallo, & Voluſiano Auguſtis, Conſule Valeriano iam Imperatore facto. Vacauit ſedes menſem vnum, dies V.

S. CORNELIVS

CORNELIVS·I·PP·ROMANVS

22

Sanctus Lucius Porphyrij filius Romanus, Imperatoribus Cæſaribus P. Licinio Valeriano, & P. Cornelio Licinio Gallieno Pijs, Felicibus Auguſtis, ſedit Annum vnum, Menſes IIII. dies XIIII.

Creatus XIIII. Cal. Nouembris, ordinationem vnam Menſe Decembri fecit Epiſcoporum VII. Presbyterorum IIII. & Diaconorum IIII. Paſſus eſt IIII. nonas Martij, Anno CCLV. & in cœmeterio Caliſti Via Appia ſepultus Imperatoribus Cæſaribus, Valeriano Auguſto ij. & Gallieno Auguſto Coſſ. Vacauit ſedes menſem vnum, Dies V.

S. LVCIVS

Sanctus Stephanus Iulÿ filius Romanus, S.R.E. Archidiaconus a Cornelio Papa factus, Imperatoribus Cæſaribus Valeriano, & Gallieno Auguſtis, ſedit annos III. menſes III. dies XXIIII.

Creatus IIII. Id. Aprilis, ordinationes duas, menſe Decembri fecit Epiſcoporum III. Presbyterorum VI. & Diaconorum V. Paſſus IIII. nonas Auguſti, & in cœmeterio Caliſti ſepultus eſt, Anno CCLVIII. Imperatoribus Cæſaribus Valeriano III. & Gallieno ÿ. Auguſtis Coſſ. Vacauit eo mortuo, Romana ſedes dies XXII.

S. STEPHANVS

D

Sanctus Xyſtus ſecundus Philoſophi filius Athenienſis Græcus, Imperatoribus Cæſaribus, Valeriano, & Gallieno Auguſtis, ſedit annum I. menſes XI. dies XIII.

Creatus VIII. Cal. Septembris, cum ordinationes duas, menſe Decembri, Epiſcoporũ duorum, Presbyterorum IIII. & Diaconorum VII. feciſſet, paſſus eſt IX. Idus Auguſti, Anno Chriſti CCLX. & in cœmeterio Caliſti ſepultus. Fuluio Aemiliano, & Pomponio Baſſo II. Coſſ. Vacauit ſedes dies XV.

S. XYSTVS

XISTVS · II · PP · GRÆCVS

Sanctus Dionyſius Græcus Monachus, Imperatoribus Cæſaribus Valeriano Gallieno, Valeriano iuniore, & M. Aurelio Claudio Pijs Felicibus Auguſtis, ſedit Annos IX. Menſes IIII. Dies V.

Creatus XI. Cal. Septembris, ordinationes duas menſe Decemb. fecit, Epiſcoporum VII. Presbyterorum XII. & Diaconorum VI. paſſus eſt VII. Cal. Ianuarij, Anno CCLXIX. & in cœmeterio Caliſti ſepultus, Imperatore Cæſare M. Aurelio Claudio P. F. Auguſto II. & Ouinio Paterno II. Coſſ. vacauit ſedes dies V.

S. DIONYSIVS

Sanctus Felix Conſtantij filius Romanus, Imperatoribus Cæſaribus Claudio, & Aureliano Auguſtis, ſedit annos IIII. menſes IIII. dies XXX.

Creatus Cal. Ianuarij, Flauio Antiochiano & Furio orfito Coſſ. ordinationes duas menſe Decembri fecit, Epiſcoporum V. Presbyterorum IX. & Diaconorum V. Paſſus eſt, III. Calen. Iunij, anno CCLXXIIII. & via Aurelia in cœmeterio ſuo, ſecundo ab vrbe lapide, ſepultus, Imperatore Cæſ. L. Domitio Aureliano Auguſto, & C. Iulio Capitolino Coſſ. Vacauit, eo mortuo, Romana ſedes, dies V.

S. FELIX



Sanctus Eutychianus Maximi filius Lunenſis Etruſcus, Imperatoribus Cæſaribus M. Aurelio Valerio Aureliano, M. Claudio Tacito M. Aurelio Valerio Probo, & M. Aurelio Caro Pijs Felicibus Auguſtis, ſedit Annos IX. menſes VI. dies IX.

Creatus nonis Iunij, & cum ordinationes quinq; menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos IX. Presbyteros XIIII. & Diaconos V. creauit, paſſus eſt Idibus Decembris, Anno CCLXXXIII. & in cæmeterio Caliſti ſepultus, Caro Auguſto II. & M. Aurelio Numeriano nobiliſsimo Cæſare Coſſ. Vacauit ſedes dies III.

S. EVTYCHIANVS

XXIX

Sanctus Caius Caÿ filius Salonenſis Dalmata, ex genere Imperatoris Diocletiani, Imperatoribus Cæſaribus M. Aurelio carino, M. Aurelio Numeriano, C. Valerio Diocletiano, & M. Valerio Maximiano Auguſto, ſedit Annos XII. menſes IIII. dies VI.

Creatus XVI. Cal. Ianuarÿ, ordinationibuſq; quatuor, Menſe Decembri factis, Epiſcoporum V. Presbyterorum XXV. & Diaconorum VIII. paſſus eſt, X. cal. Maÿ, Anno CCXCVI. & in cæmeterio Caliſti ſepultus, Imperatore Cæſare, Diocletiano Auguſto VI. & Flauio Valerio Conſtantio Nobiliſsimo Cæſare II. Coſſ. Vacauit ſedes Dies XV.

S. CAIVS

Sanctus Marcellinus Proiecti filius Romanus, Imperatoribus Cæſaribus Diocletiano, & Maximiano Auguſtis, ſedit Annos VII. menſes XI. dies XIX.

Creatus VIII. Idus Maij, cumq; ordinationes duas Menſe Decembri feciſſet, Epiſcoporum V. Presbyterorum IIII, & Diaconorũ II, paſſus eſt, VI. Cal. Aprilis, Anno Chriſti CCCIIII. ac via Salaria, in cœmeterio Priſcillæ, in loco, qui dicitur Cubiculus Clarus in Crypta iuxta corpus S. Creſcentionis ſepultus eſt, Imperatore Cæſare Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Auguſtis, Conſulibus. Vacauit ſedes Romana menſes II.

S. MARCELLINVS

MARCELLINVS·PP·ROMANVS

3c

Sanctus Marcellus Benedicti filius Romanus, de Regione VII. Via Lata, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Impp. Cæſaribus Flauio Valerio Cōſtantio, C. Galerio Valerio Maximiano, & Flauio Valerio Conſtantino Maximo, Pijs Felicibus Auguſtis, ſedit annos IIII. menſes VI. dies XXI.

Creatus V. Cal. Iulij, ordinationes aliquot menſe Decembri fecit, Epiſcoporū XXI. Presbyterorum XXVI. & Diaconorum II. Obijt XVII. Cal. Februarij, Anno Chriſti CCCIX. & in cœmeterio Priſcillæ, Via Salaria ſepultus eſt, poſt cōſulatum Maximiani Auguſti VII. & Iouij Diocletiani X. Vacauit ſedes dies XX.

S. MARCELLVS

Sanctus Euſebius Medici filius Græcus, Imperatore Cæſare C. Valerio Aurelio Conſtantino Maximo P. Felice Auguſto, ſedit annos II. menſes VII. dies XXVII.

Creatus VIII. Idus Feb. ordinationem vnam menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XIIII. Presbyterorum XIII. & Diaconorum III. Paſſus eſt VI. nonas Octob. Anno CCCXI. & in via Appia in Crypta iuxta cœmeteriũ Caliſti ſepultus eſt, Imperatoribus Cæſaribus, C. Valerio Maximiano VIII. & C. Aurelio Ralerio Licinio Auguſtis Conſulibus. Vacauit ſedes dies VII.

S. EVSEBIVS

Sanctus Miltiades Afer, Imperatore Cæſare Conſtantino Maximo Auguſtis, ſedit annos III. *menſes* II.

Creatus VI. *Idus Octobris, ordinationem unã menſe Decembri fecit, Epiſcoporum* XII. *Presbyterorum* VII. *& Diaconorum* VI. *Paſſus eſt* IIII. *Idus Decembris, Anno Chriſti* CCCXIIII. *& in cœmeterio Caliſti ſepultus eſt, C. Ceionio Rufio Voluſiano, & Anniano Coſſ. Vacauit ſedes dies* XVII.

S. MILTIADES

Sanctus Syluester Rufini filius Romanus, S.R.E. Presbyter Cardinalis, Imperatore Cæſare Conſtantino Auguſto, ſedit Annos XXI. dies IIII.

Creatus V. Cal. Decembris ordinationes ſex, menſe Decembri fecit, Epiſcoporum LXVI. Presbyterorum XLII. & Diaconorũ XXVI. Obijt pridie Cal. Ianuarij, Anno CCCXXXV. ſepultus in cœmeterio Priſcillæ via Salaria, tertio ab vrbe lapide, Fl. Valerio Conſtãtio, & C. Rufio Ceionio Albino Coſſ. Vacauit ſedes dies XV.

Sub hoc Pontifice, Imperatore Cæſare Conſtantino Augusto, primo ex Romanis principibus ad Christi fidem palam conuerſo, & baptizato; perſecutionum procellæ, quibus per CCC. fere Annos Christiana Eccleſia, cum in Oriente, tum in Occidente a pleriſque Romanis Imperatoribus vexata fuit, ſublatæ ſunt, tuncque maieſtas põtificia; Conſtantino, Eccleſiæ Romanæ multa, & ingentia dona largiente, aucta maxime eſt.

S. SYLVESTER

Sanctus Marcus Priſci filius Romanus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, a S. Sylueſtro factus, Imperatore Cæſare Conſtantino Auguſto, ſedit menſes VIII. dies XXII.

Creatus XVII. Cal. Februarij Fl. Popillio Nepotiano, & Facundo Coſs. ordinationē unā menſe Septembri fecit, Epiſcoporū XXVIII Presbyterorum XXV. & Diaconorum VI. Obijt eodem Anno CCCXXXVI. pridie nonas Octobris, & in cœmeterio Balbinæ via Ardeatina ſepultus eſt, Vacauit ſedes, dies XX.

S. MARCVS

Sanctus Iulius Ruſtici filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis a S. Sylueſtro Papa factus, Imperatoribus Cæſaribus Conſtantino, & filijs eius Conſtantino, & Conſtantio Iunioribus, Conſtanteque Auguſtis, ſedit annos XIIII. menſes V. dies XVI.

Creatus V. cal. Nouembris ordinationes tres, menſe Decembri fecit, Epiſcoporum IX. Presbyterorum XVIII. & Diaconorum III. Obijt pridie Idus Aprilis. Anno CCCLI. & in cœmeterio Callepodij, via Aurelia, tertio ab vrbe Lapide, ſepultus eſt, poſt Conſulatum Sergij & Nigriniani.

Vacauit ſedes dies XXV.

LIBERIVS·PP·I ROMANVS

Sanctus Liberius Auguſti filius Romanus, S.R. E. Diaconus Cardinalis, a Sancto Sylueſtro Papa factus, Imperatoribus Cæſaribus Fl. Iulio Conſtantio, Fl. Claudio Iuliano, Fl. Iouiano, Fl. Valentiniano, & Fl. Valente, Auguſtis, ſedit Annos XV. menſes IIII. dies XVIII.

Creatus VIII. Idus Maij, ordinationes duas Menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XIX. Presbyterorum XVIII. & Diaconorum V. Obijt VIII. Cal. Octobris, Anno CCCLXVI. ſepultus eſt via Salaria, in cœmeterio Priſcillæ Gratiano Nobiliſſimo Puero, & Dagalaipho Coſſ. Vacauit ſedes Dies VII.

S. LIBERIVS

LIBERIVS·PP·I ROMANVS

Sanctus Damaſus Antonij filius Egitanenſis Luſitanus Hiſpanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis a Papa Liberio factus, Imperatoribus Cæſaribus Flauijs Valentiniano, Valente, Gratiano, Valentiniano iuniore, & Teodoſio Auguſtis, ſedit Annos XVI. Menſes II. Dies X.

Creatus & conſecratus, VI. nonas Octobris, ordinationes quinque menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XLII. Presbyterorum XXXI. & Diaconorum XI. Obijt Romæ III. Idus Decembris, Anno CCCLXXXII. & via Ardeatina in Baſilica ſua, quæ nunc dicitur S. Sebaſtiani iuxta catecumbas ſepultus, Fl. Annio Euagrio, & Anthennio Coſſ. vacauit ſedes dies XXX.

S. DAMASVS

Sanctus Siricius Tiburtij filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Imperatoribus Cæſaribus Flauijs Gratiano, Valentiniano iuniore; Theodoſio, Arcadio, & Honorio, Auguſtis, ſedit Annos XV. menſem vnum, dies XI.

Creatus pridie Idus Ianuarij, ordinationes quinque menſe Decembri fecit, Epiſcoporũ XXXII. Presbyterorum XXXI. & Diaconorum XVI. Obijt VIII. Cal. Martij, Anno Chriſti CCCXCVIII. ſepultus eſt via Salaria, in cœmeterio Priſcillæ, Imperatore Cæſare Honorio Auguſto IIII. et Flauio Eutychiano, Coſſ.

Vacauit ſedes dies XX.

S. SIRICIVS

Sanctus Anaſtaſius Maximi filius Romanus, S.R.E. Presbyter Cardinalis, Imperatoribus Cæſaribus, Flauijs Arcadio, & Honorio Auguſtis, ſedit Annos IIII. menſem vnum dies XIII.

Creatus Idibus Martij, ordinationes duas Mẽſe Decembri fecit, Epiſcoporum X. Presbyterorum IX, & Diaconorum V. Obijt V. cal. Maij, Anno CCCCII. ſepultus in cœmeterio ſuo intra vrbẽ, prope vicũ vrſi Pileati, iuxta locum, vbi nunc eſt Eccleſia S. Vibianæ in vrbe, Imperatoribus Cæſaribus Arcadio, & Honorio Auguſtis, vtriſque quintum Conſulibus, Vacauit ſedes Romana Dies XXI.

S. ANASTASIVS

Sanctus Innocentius Innocentij filius Albanus S. R. E. Diaconus Cardinalis, Imperatoribus Cæſaribus Arcadio, Honorio, & Theodoſio Iuniore, Auguſtis, ſedit Annos XV. menſes II. dies X.

Creatus XIIII. Cal. Iunij. ordinationes quatuor, menſe Decembri fecit, Epiſcoporum LIIII. Presbyterorum XXX. & Diaconorum XII. Obijt V. Cal. Auguſti, Anno Chriſti CCCCXVII. & in cœmeterio ad Vrſum pileatum ſepultus eſt, Imperatore Cæſare Fl. Honorio Auguſto XI. & Fl. Conſtantio V. C. iterum Coſſ.

Vacauit ſedes dies XXII.

S. INNOCENTIVS

Sanctus Zoſimus Habrahami filius Græcus, S. R.E. Presbyter Cardinalis, Imperatoribus Cæſaribus, Honorio, & Theodoſio Iuniore, Auguſtis, ſedit Annos II. menſes IIII. dies VII.

Creatus XIII. Cal. Septembris, ordinationem vnam Menſe Decembri fecit, Epiſcoporum VIII. Presbyterorum X. & Diaconorũ III. Obijt VIII. Cal. Ianuarij, & ſepultus eſt via Tiburtina in Baſilica S. Laurentij extra muros vrbis, iuxta cryptam prope corpus eius, in agro Verranio, Anno CCCCXX. Imperatore Cæſare Fl. Theodoſio iuniore Aug. IX. & Flauio Cõſtantio Nobiliſsimo Cæſ. III. Coſſ. Vacauit ſedes Dies II.

S. ZOSIMVS

S. ZOSIMVS. I. PAPA. GRÆCVS

42

Sanctus Bonifacius Iucundi filius Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Imperatoribus Cæſaribus, Honorio, & Theodoſio Iuniore Auguſtis, ſedit Annos III. Menſes IX. Dies XXVIII.

Creatus V. Cal. Ianuarij, ordinationem vnam menſe Decembri fecit, Epiſcop. XXXVI. Presbyterorum XIII. & Diaconorum III. Obijt VIII. Cal. Nouembris, Anno Chriſti CCCCXXIII. ſepultus eſt, via Salaria in Baſilica S. Felicitatis martyris iuxta corpus eius, Rufio Prætextato Mariniano, & M. Aurelio Aſclepiodoto VV. CC. Coſſ. Vacauit ſedes dies IX.

S. BONIFACIVS

S. BONIFACIVS. I. ROMANVS

43

Sanctus Cæleſtinus Priſci filius Romanus, Imperatoribus Cæſaribus Flauijs Honorio, Theodoſio Iuniore, & Placidio Valentiniano III. Auguſtis, ſedit Annos VIII. Menſes V. Dies III.

Creatus pridie nonas Nouembris, ordinationes tres menſe Decembri fecit, Epiſcop. XLII. Presbyterorum XXXII. & Diaconorũ XII. Obijt VIII. Idus Aprilis, Anno CCCC XXXII. ſepultus eſt via Salaria in cœmeterio Priſcillæ, Aetio, & Valerio VV. CC. Coſſ. Vacauit ſedes dies XXI.

S. COELESTINVS

Sanctus Xyſtus III. Xyſti filius Romanus, Imperatoribus Cæſaribus Theodoſio Iuniore, & Plac. Valentiniano Auguſtis, ſedit ann. VII. menſes II.

Creatus V. Cal. Maij, ordinationes tres, menſe Decembri fecit, Epiſcoporum LII. Presbyterorum XXVIII. & Diaconorum XII. Obijt V. Cal. Apr, Anno CCCCXXXX. & ſepultus eſt, via Tiburtina ad S. Laurentium extra muros in crypta iuxta corpus eius Imperatore Cæſare Placidio Valentiniano Auguſto V. & Anatholio V. C. Coſſ. Vacauit ſedes, menſem I. dies XII.

S. XYSTVS III.

Sanctus Leo magnus Quintiani filius Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis Imperatoribus Cæſaribus Theodoſio Iuniore, Placidio Valentiniano Fl. Martiano, & Fl. Leone Auguſtis, ſedit Annos XX. menſes XI. dies II.

Creatus VI. Idus Maij, ordinationes quatuor menſe Decembri fecit, Epiſcop. CLXXXVI. Presbyter. LXXXI. & Diaconorum XXXI. Obijt III. Idus Aprilis. Anno CCCCLXI. & primum omnium Pontificum Romanorũ ſepultus eſt in Baſilica S. Petri Apoſtoli in Vaticano, Seuerino, & Dagalaipho Coſs. Vacauit ſedes dies VII.

S. LEO

XXXXVII

Sanctus Hilarus Criſpini filius Sardus, Imperatore Cæſare Flauio Leone Auguſto, ſedit Annos VI. menſes III. dies IX.

Creatus XIII. Cal. Maij, ordinationes duas Menſe Decembri fecit, Epiſcoporũ XXII. Presbyterorum XXV. & Diaconorum V. Obijt VI. Calẽ. Aug. Anno CCCCLXVII. Et ſepultus eſt, in Baſilica S. Laurentij extra muros in crypta, iuxta corpus Papæ Xyſti III. Ioanne, & Buſæo VV. CC. Coſſ.

Vacauit, eo mortuo, ſedes
Dies X.

S. HILARIVS

Sanctus Simplicius Caſtini filius Tiburtinus, Imperatoribus Cæſaribus Leone Seniore, Leone iuniore, & Flauio Zenone Iſaurico Auguſtis, ſedit Annos XIIII. Menſes VI. Dies XXIIII.

Creatus VII. Idus Auguſti, ordinationes tres menſe Decembri fecit, Epiſcop. LXXXVI. Presbyterorum LVIII. & Diaconorum XI. Obijt VI. non. Martij, Anno CCCC LXXXII. & ſepultus eſt ad S. Petrum Apoſtolum, Seuerino & Trocondo VV.CC. Coſſ. Vacauit ſedes dies VI.

S. SIMPLICIVS

G

Sanctus Felix II. dictus III. Felicis filius, Imperatoribus Cæſaribus Flauijs Zenone Iſaurico, & Anaſtaſio Auguſtis, ſedit Annos XI. menſes XI. dies XIII.

Creatus VII. Idus Martij, ordinationes duas menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XXX. Presbyterorum XXIX. & Diaconorum V. Obijt IX. Cal. Martij, & ſepultus eſt in Baſilica S. Pauli via Oſtienſi, Anno Chriſti CCCCXCIIII. Turcio ſecundo Aſterio, & Præſidio VV. CC. Coſſ. Vacauit, eo mortuo, Romana ſedes dies V.

S. FELIX II

L

Sanctus Gelaſius Valerij filius Afer, Imperatore Cæſare Fl. Anaſtaſio Auguſto, ſedit annos II. Menſes VIII. Dies XXVI.

Creatus III. Calen. Martij, ordinationes duas menſibus Ianuario, & Decembri fecit, Epiſcoporum LXVII. Presbytercrum XXXII. & Diaconorum II. Obijt XI. Cal. Decemb. Anno CCCCXCVI. & ſepultus eſt, in Baſilica S. Petri Apoſtoli, poſt conſulatum Viatoris V.C. ſene conlega.

Vacauit ſedes dies VII.

S. GELASIVS

GELASIVS·PAPA·I·AFER·

30

Anaſtaſius Secundus, Petri filius Romanus, de regione Eſquilina, Imperatore Cæſare Anaſtaſio Auguſto, ſedit Annum vnum, menſem XI. dies XXII.

Nam quum poſt conſecrationem ſuam, Præneſte vitandi caloris vrbani cauſſa profectus fuiſſet, ibidem VI. idus Auguſti deceſſit, cuius corpus Romam relatum, in Baſilica S. Laurentÿ extra muros ſepultum eſt. Vacauit, eo mortuo, Romana ſedes menſes VI. dies XIIII.

DAMASVS II.

Leo Papa IX. Bruno antea vocatus, natione Germanus, prouincia Alſatia, patrem habuit Hugonem virum nobiliſſimum, ex Regio comitum Dagſpurgi, alias Egghiſeim genere ortum, hic ex Epiſcopo Tullenſi in Leucis, anno Domini MXLIX. Romanus Pontifex renunciatus Romam veniens, pridie idus Februarij, Dominica prima Quadrageſimæ indictione ſecunda conſecrationis munus; & coronationis inſignia iuxta Baſilicam Sancti Petri ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Henrico III. Auguſto annos V. menſes II. dies VIII.

Obijt Romæ Anno Domini MLIIII. tertiodecimo Cal. Maij, corpus ibidem ad S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit ſedes men. XI. dies XXVIII.

LEO IX.

Victor Papa II. Gebehardus ante vocatus, natione Germanus, prouincia Sueuia, Laureaci ex comitibus Calbenſibus ortus, Arduuigi comitis, & BitZelæ filius, Imperatoris Henrici III. propinquus fuit. cum eſſet Epiſcopus Eiſtatenſis, & eiuſdem conſiliarius Pontifex Romanus creatus, Romæ idibus Aprilis anno Domini MLV. ab Epiſcopis Cardinalibus conſecratus, & coronatus eſt. ſedit autẽ Imperatore Cæſare Henrico III. Annos II. menſes III. dies XVI.

Obÿt Florentiæ in Tuſcia, Anno domini MLVII. V. Cal. Auguſti, ſepultus ibidem in Eccleſia cathedrali. Vacauit ſedes dies IIII.

VICTOR II.

Stephanus Papa X. dictus IX. Fridericus antea appellatus, natione Gallus, prouincia Lotharingia, Regio Francorum genere oriundus, patrem habuit Gozzelonem Ducem Lotharingiæ, fratrem vero Gotefridum magnũ & in Italia potentiſsimum Ducem, Mithildisq; comitiſſæ maritum, habuit. qui Papæ Leonis IX. Archidiaconus fuerat, mortuo vero Victore II. ex Abbate Caſsinenſi, & S. R. E. Presbytero Cardinale tt. S. Chryſogoni, Bibliothecario, & Cancellario, anno domini MLVII. quarto Nonas Auguſti, in eius locum, Pontifex Maximus renunciatus, die ſequenti, conſecratus, & coronatus eſt. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Henrico IIII. nobiliſsimo puero, Menſes VII. dies XXVIII.

Obijt Florentiæ, anno Domini MLVIII. quarto Cal. Aprilis, ibidem in Cathedrali Eccleſia ſepultus. Vacauit ſedes dies XIII.

STEPHANVS X.

Nicolaus Papa II. Gerardus cognomine Burgũdio antea appellatus, natione Allobrox; ex Epiſcopo Florentino, Senis in Tuſcia omniũ Cardinalium ſuffragijs, pridie Cal. Ianuarij Anno MLIX. Pontifex Maximus renunciatus eſt, qui Romam cum Cardinalibus veniens, menſe Ianuario conſecratus, & coronatus eſt. Sedit vero in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Henrico IIII. Annos duos, menſes VI. diem vnum.

Obijt Romæ, Anno Domini MLXI. pridie Cal. Iulij, corpus eius ad S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſes III.

NICOLAVS II.

NICOLAVS PP II BVRGVNDIO

Alexander Papa II. Domnus Anſelmus antea vocatus, Mediolani ſummo loco ex familia Badagia natus, patrem habuit Anſelmũ, eiuſdem ciuitatis primarium hominem, hic ex canonico regulari monaſterij Lateranenſis, Epiſcopus Lucenſis primo, mox a Cardinalibus, Romæ in ſchiſmate, cõtra Cadolum Epiſcopum Parmenſem ab Imperatore Henrico quarto deſignatum, Calendis Octobris, anni MLXI. Romanus Pontifex renunciatus, non longe poſt conſecratus, & coronatus eſt. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Henrico IIII Auguſto, Annos XI. menſes VI. dies XXII.

Obijt Romæ, Anno Domini MLXXIII. X. Cal. Maij. Corpus eius Laterani ſepultum eſt. Non vacauit ſedes.

ALEXANDER II.

Gregorius Papa VII. Domnus Hildebrandus antea vocatus, natione tuſcus, patria Soanẽſis, Bonicij filius, ex monacho, & priore Cluniacenſis monaſterij, S. R. E. Cardinalis ſubdiaconus æconomus, & Abbas S. Pauli, a Leone Papa IX. creatus, mox a Nicolao Papa II. S. R. E. Archidiaconus ordinatus eſt, qui die obitus Alexandri Papæ II. videlicet X. Cal. Maij, Anno MLXXIII. omniũ Cardinalium ſuffragijs Pontifex Maximus renunciatus, Romæ III. Cal. Iulij conſecrationis munus, & coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Henrico IIII. Auguſto, Annos XI, menſem I, dies III.

Obijt Salerni in Brutijs, & corpus eius ibidẽ in Eccleſia S. Matthæi ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes annum vnũ, mẽnſes IIII. dies XXVII.

GREGORIVS VII.

Victor Papa III. Domnus Deſiderius antea vocatus, natione Samnis patria Beneuentanus ex principibus eius ciuitatis oriundus, ex monacho, & Abbate Caſsinenſi, Presbyteroque Cardinale S. R. E. tt. S. Cæciliæ a Nicolao Papa II. facto, Romanus Pōtifex in ſchiſmate contra Clementem tertiū antipapam, Romæ die Pentecoſtes, videlicet IX. Calendas Iunij, Anno MLXXXVI. renunciatus, non niſi anno ſequenti Capuæ XII. Calēdas aprilis conſecratus, & coronatus eſt. Sedit in Apoſtolica ſede a die creationis ſuæ, Imperatore Cæſare Henrico quarto Auguſto, Annum vnum menſes III. dies XXIIII. Obijt in monaſterio montis Caſsini, Anno Domini MLXXXVII. ſextodecimo Calen. Octobris, corpus eius ibidem in Capitulo fratrum ſepultum fuit. Vacauit Romana ſedes menſes V. dies XXIIII.

VICTOR III.

VICTOR·P·III· BENEVENTANVS

169

Vrbanus Papa II. Domnus Otho antea appellatus, natione Gallus, oppido Caſtelionis, quod eſt in diœceſi Remenſi, prius canonicus regularis Lateranenſis, mox monachus Cluniacenſis factus, qui ex Epiſcopo Cardinale Oſtienſe a Gregorio Papa VII. creato, poſt obitũ Victoris Papa III. Romanus Põtifex in ſchiſmate contra Clementem III. Antipapam, Terracinæ in Campania IIII. idus Martij, Anno Domini MLXXXVIII. creatus, & conſecratus fuit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Henrico IIII. Auguſto, in ſchiſmate contra Clementem III. Annos XI. menſes IIII. dies XVIII.

Obijt Romæ, in ædibus Petri Leonis, Anno Domini MXCIX. quarto Cal. Auguſti, corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes Romana dies XVII.

VRBANVS II.

Paſchalis Papa II. Domnus Reginerius antea vocatus, natione Tuſcus oppido Blera in comitatu Galliatæ patrem habuit Creſcentium, matrem vero Alſatiam. hic primo fuit canonicus regularis Lateranẽſis, mox monachus Cluniacenſis factus eſt. mortuo vero Vrbano Papa II. ipſe ex abbate SS. Stephani, & Laurentij extra muros vrbis, & Presbytero Cardinale tt. S. Clementis a Gregorio Papa VII. creatus, Romanus Pontifex in ſchiſmate cõtra Clementem III. Antipapam, XVIII. Cal. Septembris, Anni MCXCIX. Romæ renunciatus, die ſequenti ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatoribus Cæſarib. Henricis IIII. & V. Auguſtis, Annos XVIII. menſes V. & dies VII.

Obijt Romæ, Anno MCXVIII. Duodecimo Cal. Februarij in pace Eccleſiæ, corpus eius Laterani ſepultum eſt.

Vacauit Romana ſedes, dies III.

PASCHALIS II.

Gelaſius Papa II. Domnus Ioannes antea vocatus, natione Campanus, patria Caietanus, Creſcentij filius, nobili genere ortus eſt. hic ex monacho monaſterij Caſſinẽſis, primo præſignator (ideſt Cancellarius) S. R. E. & Papæ Vrbani II. fuit; mox ab eodem Pontifice Diaconus Cardinalis S. R. E. S. Mariæ in Coſmedin factus eſt. qui mortuo Paſchale Papa II. Romæ omnium Cardinalium ſuffragijs VIII. Cal. Februarij, Anno MCXVIII. Põtifex maximus renunciatus, Caietæ Calen. Martij conſecrationis munus, & coronationis inſignia ſuſcepit. ſedit vero in Apoſtolica ſede Imperatore Cæſare. Henrico V. Auguſto Annum vnum, & dies V.

Obijt Romæ Anno domini MCXIX. quarto Cal. Februarij Cluniaci in Gallijs, quo timore Imperatoris Henrici V. Auguſti, cõfugerat, mortuus eſt; corpus eius ibidem ſepultum. Vacauit ſedes dies II.

GELASIVS II.

Caliſtus Papa II. Guido antea vocatus, ſummo loco in Gallijs ortus, Guillelmum Burgundiæ comitem patrem habuit. qui ex Archiepiſcopo Viennenſi, Cluniaci in Gallijs, vbi Gelaſius Papa II. obierat, ab eis Cardinalibus, qui Cluniacum cum Papa Gelaſio II. venerant, Pontifex Maximus renunciatus Cal. Februarij Anni MCXIX. ibidem non longe poſt conſecratus, & coronatus eſt. Sedit autem Imperatore Cæſare Henrico V. Auguſto, Annos V. menſes X. dies XIII.

Obijt Romæ Anno Domini MCXXIIII. idibus Decembris, corpus eius vero Laterani ſepultum. Vacauit ſedes Romana dies X.

Verum is, inquit Platina, non prius Pontificiũ habitum ſibi deſumpſit, quam intellexit ſe ab his quoque Cardinalibus confirmari, qui Romæ, & in Italia remanſerant.

CALISTVS II.

CALISTVS·P·II·GALVS

CLXV

Honorius Papa II. Domnus Lambertus antea vocatus, nobili de Fagnano, vt quidam ſcribunt, vel vt alij Scanabeccorum familia Bononiæ ortus, primo canonicus regularis Lateranenſis fuit; mox ſuæ ciuitatis Eccleſiæ maioris Archidiaconus; deinde Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis a Paſchali II. Papa creatus. qui demum, mortuo Caliſto II. Papa, Romæ XIX. Cal. Ianuarij, Anno MCXXIIII. Pontifex maximus renunciatus eſt; quo etiã die, cum ei, tanquam digniori, ceſsiſſet Cæleſtinus Papæ II. ſeq; in ordinem redegiſſet, ipſe ſolus in Pontificatu remanſit, atq; XII. Cal. Ianuarij omnium Cardinaliũ ſuffragijs libere, & ſponte accedentibus, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. ſedit autem Imperatoribus Cæſaribus Henrico V. Augusto, & Hlotario Saxone Annos V. men. II. dies III. Obijt Romæ Anno Domini MCXXX. quartodecimo Cal. Martij, corpus eius Laterani ſepultum. Vacauit Romana ſedes tantum diem vnum.

HONORIVS II.

Innocentius Papa II. Domnus Gregorius antea vocatus Ioannis filius, familia de Papa, nobili, & inter Romanas honorata, de regione vrbis XIIII. Tranſtiberim, ab ineunte ætate canonici ordinis inſtitutum in monaſterio Lateranenſi profeſſus eſt, quem Vrbanus Papa II. Diaconum Cardinalem S. Angeli creauit. hic, cum eſſet S. R. E. Archidiaconus, XIII. Cal. Martij, Anno MCXXX. Romanus Pontifex renunciatus eſt, conſecratus autem, & coronatus eodem menſe fuit. ſedit vero Imperatoribus Cæſarib. Lothario Saxone, & Conrado Sueuo Auguſtis, Ann. XIII. menſes VII. & dies VIII.

Obijt Romæ, Anno MCXLIII. octauo Cal. Octobris, corpus eius Laterani ſepultum.

Non vacauit ſedes.

INNOCENTIVS II.

Cæleſtinus Papa II. magiſter Guido de Caſtello antea vocatus, obſcuro loco, & parẽtibus incognitis, apud Tiphernum Tuſciæ ortus ex ſubdiacono, & ſcriptore Apoſtolico Diaconus Cardinalis ab Honorio Papa II. primo, mox ab eius ſucceſſore Innocentio Presbyter Cardinalis tt. S. Marci creatus eſt. quo mortuo, die eius obitus, videlicet octauo Cal. Octob. Romæ in eius locum, Anno MCXLIII. omnium Cardinalium ſuffragijs Pontifex Maximus renunciatus, paulo poſt conſecrationis munus, & coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem Imperat. Cæſare Conrado III. Sueuo Auguſto, menſes V. dies XIII.

Obijt Romæ Anno Domini MCXLIIII. octauo idus Martij, corpus eius Laterani ſepultũ eſt. Vacauit ſedes dies XIII.

CÆLESTINVS II.

Lucius Papa II. Domnus Gerardus antea appellatus, Alberti filius, Bononiæ ex familia Caccianimica ortus, ex canonico regulari, tt. S. Crucis in Hieruſalem, congregationis S. Fridiani Lucenſis, Presbyter Cardinalis eiuſdē Eccleſiæ, ab Honorio Papa II. factus eſt, quem poſtea Innocentius Papa II. poſt obitum Haymerici, S.R.E. Bibliothecarium creauit. hic mortuo Cæleſtino Papa II. omnium Cardinalium ſuffragijs Romæ in eius locū XI. Cal. Aprilis, Anni MCXLIIII. Romanus Pontifex renunciatus, non longe poſt conſecratus, & coronatus fuit. Sedit autē in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Conrado III. Sueuo Auguſto, menſes XI. & dies IIII.

Obijt Romæ, Anno Domini MCXLV. quinto idus Martij, corpus eius Laterani ſepultum. Vacauit ſedes dies II.

LVCIVS II.

Eugenius Papa III. frater Petrus Bernardus antea vocatus, humili loco in Tuſcia natus, ex oppido, cui Montis magni nomen eſt, Diœceſis Piſanæ. hic primo canonicus. & vicedominus Eccleſiæ Piſanæ fuit; poſtea omnibus huius ſæculi dignitatibus relictis, doctrinæ, & monitis S. Bernardi magni Clareuallenſis Abbatis adhæſit, monachusque Ciſtercienſis factus eſt. in quo primo Abbas S. Zenonis Piſis, mox Romæ S. Anaſtaſi ad aquas Saluias creatus fuit. qui mortuo Papa Lucio II. cum eſſet extra collegium Cardinalium, omnium ſuffragijs Romæ in Eccleſia S. Cæſarij, tertio Cal. Martij, Anni MCXLV. Romanus Pontifex renunciatus, ſtatim ex vrbe diſceſſit, atque ad monaſterium Farfenſe veniens, ibidem ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem Imperatoribus Cæſaribus Conrado III. Sueuo, & Friderico Ahenobarbo Auguſtis, Anno VIII. men. IIII. dieſque X.

Obijt Tibure Anno Domini MCLIII. octauo idus Iulij, corpus eius Romam relatum in Bſilica S. Petri ſepultum eſt.

Vacauit Romana ſedes dies duos.

EVGENIVS III.

Anaſtaſius Papa IIII. Domnus Conradus antea vocatus, patre Benedicto, Romæ, ex nobili familia, quæ de Subura dicebatur, ortus eſt. hic primo fuit canonicus regularis, & Abbas monaſterij S. Rufi prope Valentiam in Gallijs, in prouincia Arelatenſi, quem Honorius Papa II. Epiſcopum Cardinalem Sabinũ fecit. ab Innocentio autem Papa II. Vicarius Eccleſiæ Romanæ creatus, eo munere vſq; ad Põtificatum Romanum functus eſt. demum mortuo Eugenio Papa III. Romæ VI. idus Iulij, Anni MCLIII. omnium Cardinalium ſuffragijs Pontifex Maximus renũciatus, paulo poſt coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem Imperatore Cæſare Friderico Ahenobarbo Auguſto Annum vnum, menſes IIII. dies XXIII.

Obijt Romæ, Anno Domini MCLIIII. quarto Nonas Decembris, corpus eius Laterani ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes diem vnum.

ANASTASIVS IIII.

Hadrianus Papa IIII. Domnus Nicolaus antea vocatus, apud Anglos, villa Malniesbiria; ditionis oppidi S. Albani, Bathonienſis Diœceſis, obſcuriſſimis parentibus ortus eſt. qui primo fuit Clericus Eccleſiæ S. Iacobi de Melgorio Magalonenſis Diœceſis in Gallijs, mox canonicus regularis, deinde Abbas monaſterij S. Rufi prope Valentiam Prouinciæ urbē, prouinciæ Arelatenſis, in Gallijs, poſtea ab Eugenio Papa III. Epiſcop. Card. Albanus creatus in Noruegiam Apoſtol. ſedis legatus miſſus eſt, ad prædicandam Chriſti fidem Barbaris gentibus. cum autem ex legatione ſua, rebus, pro quibus ierat, proſpere confectis, circa obitum Anaſtaſii Papæ IIII. Romam rediſſet, ſtatim eo mortuo, Tertio nonas Decemb. Anni MCLIIII. omniū Cardinaliū conſenſu Romanus Pontifex renunciatus, paulo poſt Romani Pontificatus inſignia ſuſcepit. Sedit autem Imperat. Cæſ. Friderico Ahenobarbo Auguſto, Annos IIII. men. IX. Obijt Anagniæ Cal. Septembris, Anno domini MCLIX. corpus eius Romam relatum in Baſilica S. Petri ſepultum eſt.
Vacauit Romana ſedes
dies IIII.

HADRIANVS IIII.

Alexander Papa III. Domnus Rollandus antea vocatus, Rainucÿ filius familia Paparona, Senis nobili, & honorata ortus. hic primo fuit clericus in Eccleſia Piſana eo tempore, quo Eugenius papa tertius, vicedominus erat illius Eccleſiæ, mox Romam veniens, canonicuſq; regularis Lateranenſis factus, ab eodem, Eugenio iam in Romanum Pontificem creato Diaconus Cardinalis SS. Coſmæ, & Damiani primo, poſtea Presbyter Cardinalis tt. S. Marci, & S. R. E. Cancellarius factus fuit. mortuo vero Hadriano Papa quarto, Romæ Nonis Septembris, Anni MCLIX. Romanus Pontifex, a tribus & XX. Cardinalibus renunciatus XII. Cal. Octobris conſecratus eſt. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Friderico Ahenobarbo Auguſto, Annos XXI. menſes XI. dies XXIII.

Obÿt Romæ, Anno Domini MCLXXXI. ſexto Cal. Decembris, corpus eius Laterani ſepultum eſt. Vacauit ſedes diem vnum.

ALEXANDER III.

ALEXANDER · III · PAPA · SENENSIS

172

Lucius Papa III. Hubaldus antea vocatus, natione Tuſcus, patria Lucenſis, familia Allucingola eius ciuitatis primaria ortus, patrē habuit nomine Bonagiuntam Morlum. hic ex canonico Eccleſiæ Lucenſis ab Innocētio Papa II. Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis, poſt ab Hadriano Papa IIII. Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliteranus creatus fuit. qui mortuo Papa Alexandro III. Romæ omnium Cardinalium ſuffragijs altero poſt eius obitum die, videlicet quarto Calē. Septembris, Anni MCLXXXI. Romanus Pontifex renunciatus, proximo die Dominico conſecrationis munus, & coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit Imperatore Cæſare Friderico Ahenobarbo Auguſto, Annos IIII. menſes duos, dieſque XXVIII.

Obijt Veronæ, Anno Domini MCLXXXV. Septimo Cal. Decembris, corpus eius in cathedrali Veronenſi ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies XII.

LVCIVS III.

Vrbanus Papa III. Lambertus antea vocatus, Ioãnis filius, Mediolani ex nobili Cribellorũ familia natus, ex Archidiacono Eccleſiæ Mediolanenſis Presbyter Cardinalis ab Alexandro Papa tertio factus eſt. mortuo autem Algiſio de Pyrouano Archiepiſcopo Mediolanẽſi in eius locum a canonicis omnium conſenſu ſuffectus fuit, Anno Chriſti MCLXXXI. cumque quintum iam Põtificatus ſui Annum ageret, Veronæ poſt obitum Lucij Papa III. ab eis Cardinalibus, qui Veronæ erãt, in eius locum, VI. idus Decemb. An. MCLXXXV. Romanus Pontifex renunciatus; Dominica proxima Romani Pontificatus diadema ſuſcepit. Sedit autem Imperatore Cæſare Friderico Ahenobarbo Auguſto, Annum vnum, menſes X. & dies XV.

Obijt Ferrariæ, Anno MCLXXXVII. vndecimo Cal. Nouembris, corpus eius in cathedrali ſepultum eſt.

Vacauit ſedes dies VI.

VRBANVS III.

Gregorius Papa VIII. Albertus antea vocatus, natione Samnis, patria Beneuentanus, familia de Mora, nobili, & honorata ortus eſt, quem Hadrianus Papa quartus, primo Diaconum Cardinalem S. Hadriani, mox Presbyterum tt. S. Laurentÿ in Lucina creauit, ab Alexandro vero Papa tertio, S. R. E. Cancellarius, ſublato ſchiſmate factus fuit. mortuo autem Vrbano tertio, Ferrariæ in eius locum, quarto Cal. Nouembris Anno Domini MCLXXXVII. Pontifex Maximus omnium Cardinalium præſentium ſuffragÿs renunciatus, ibidem paulo poſt ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit vero imperatore Friderico Cæſare Auguſto Ahenobarbo, Menſem vnum, & dies XXVII.

Obÿt Piſis in Tuſcia, anno MCLXXXVII. octauo Calē. Ianuarÿ, corpus eius ibidem in Cathedrali Eccleſia ſepultum. Vacauit Romana ſedes dies VIII.

GREGORIVS VIII.

GREGORIVS · VIII · PP · BENEVEN

175

Clemens Papa III. Paulus antea vocatus, Romæ ex familia mediocri, quæ ſcholaris dicebatur, ortus, patrem habuit nomine Ioannẽ, quem Epiſcopum Cardinalem Præneſtinum Alexander Papa III. creauit. hic poſt obitũ Gregorij octauo, Piſis in eius locum, pridie Nonas Ianuarij, Anni MCLXXXVIII. omnium Cardinalium præſentium notis Pontifex Maximus renunciatus, ibidem die Epiphaniæ ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Fridcrico Ahenobarbo Augu. Annos III. menſes II. & dies XV.

Obijt Romæ, Anno Domini MCXCI. quintodecimo Calen. Aprilis, corpus eius Laterani ſepultum. Vacauit ſedes dies X.

CLEMENS III.

Cæleſtinus Papa III. Iacintus antea vocatus, Petri filius, Romæ ex familia nobili, & honorata Bobona, quæ & de Bouenſibus dicebatur, ortus, a Lucio Papa II. Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin creatus eſt. mortuo vero Papa Clemente III. Romæ, quarto Cal. Aprilis, Anni MCXCI. ex Archidiacono, S. R. E. in eius locum Romanus Pontifex omnium Cardinalium ſuffragijs renunciatus, in die Sancto Paſchatis XVIII. Cal. Maij apud Baſilicam S. Petri conſecratus, & coronatus fuit. Sedit autem in Apoſtolica ſede Imperatore Cæſare Henrico VI. Sueuo Auguſto, annos VI. menſes IX. & dies XI.

Obijt Romæ, anno Domini MCXCVIII. ſexto idus Ianuarij, corpus eius Laterani ſepultum. Non vacauit ſedes.

CÆLESTINVS III.

CÆLESTINVS · III · PAPA · ROMANVS ·

177

Innocentius Papa III. Domnus Lotharius antea vocatus, natione Hernicus, patria Anagninus ex nobiliſſimo genere comitũ Signiæ ortus, patrem habuit nomine Tranſimundũ, qui ab ineunte ætate canonicus regularis Lateranenſis factus, vir miræ euaſit probitatis. cumq; etiam vir ſuorum temporum eruditiſſimus eſſet, a Cæleſtino Papa tertio Diaconus Cardinalis SS. Sergij, & Bacchi creatus fuit quo mortuo, die obitus eius videlicet, ſexto idus Ianuarij Anni MCXCVIII. omnium Cardinalium conſenſu, Romæ Pontifex Maximus renũciatus, die Cathedræ S. Petri, hoc eſt octauo Cal. Martij conſecratus, & coronatus fuit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatoribus Cæſaribus Othone quarto, & Friderico II. Auguſtis, Annos XVIII. menſes VI. dieſq; IX.

Obijt Peruſii, Anno Domini MCCXVI. decimoſeptimo Cal. Auguſti, corpus eius in Eccleſia Cathedrali S. Laurentij ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes diem vnum.

INNOCENTIVS · III · PONT MAX · ANAGNINVS

Honorius Papa III. Domnus Cencius antea vocatus, Haymerici filius, Romæ ex nobili Sabellorum familia ortus, a teneris annis monaſterio Lateranenſi oblatus, in eo canonicorũ regularium inſtitutũ profeſſus eſt. A Cæleſtino autẽ Papa III. cuius dum eſſet Cardinalis œconomus fuerat, Diaconus Cardinalis S. Luciæ in Orphea, & S. R. E. Camerarius, ab Innocentio vero Papa III. presbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij creatus fuit, quo mortuo Peruſii, altero poſt eius obitum die videlicet XV. Cal. Auguſti Anni MCCXVI. Pontifex Maximus renunciatus,, ibidem non longe poſt conſecratus, & coronatus eſt. Sedit autem Imperatore Cæſare Friderico II. Augu. Annos X. menſes VIII.

Obijt Romæ, Anno Domini MCCXXVII. quintodecimo Cal. Aprilis, corpus eius in Eccleſia S. Mariæ maioris prope Aram præſepis ſepultum eſt. Vacauit ſedes Romana diem I.

HONORIVS III.

Gregorius Papa IX. Flugolinus antea vocatus, natione Hernicus, patria Anagninus, ſummo loco de Comitum genere ortus, nepos fuit ex conſobrino Innocentij Papæ III. a quo primo ſubdiacon. & capellanus ſuus, mox Diaconus Cardinalis S. Euſtachij, demum Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis; & Veliternus creatus eſt. mortuo autem Romæ Honorio Papa III. in eius locum omnium Cardinalium ſuffragijs altero poſt eius obitum die videlicet, XIII. Cal. Aprilis, anni MCCXXVII. Romanus Pontifex renunciatus V. Calendas Aprilis, die Paſchatis apud S. Petrum ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit in Apoſtolica ſede Imperatore Cæſare Friderico II. Auguſto, Annos XIIII. menſes IIII. & dies III.

Obijt Romæ, Anno Domini MCCXLI vndecimo Cal. Auguſti, corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo, Romana ſedes, menſes II. & diem I.

GREGORIVS IX.

GREGORIVS. IX. PONT. MAX. ANAGNINVS.

Cæleſtinus Papa IIII. Gaufridus antea vocatus, Mediolani ex nobiliſſimo genere de Capitaneis Caſtelioneis ortus, diu canonicus, & Cācellarius Eccleſiæ Mediolanenſis fuit: quem Gregorius Papa IX. primo presbyterū Cardinalem tt. S. Marci, deinde Epiſcopū Cardinalem Sabinum creauit. quo mortuo, iam ſenex, & valetudinarius Romæ in eius locū IX. Cal. Octobris, Anni MCCXLI. a Cardinalibus Romanus Pontifex renunciatus, ante coronationem decimoſeptimo ab electione die ibidem deceſſit. Sedit igitur Imperatore Friderico II. Auguſto, dies XVII.

Obiit Romæ, Anno domini MCCXLI. ſeptimo idus Octobris, corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes annum vnū, menſes VIII. dies XIIII.

CAELESTINVS IIII.

Innocentius Papa IIII. Sinibaldus antea vocatus, natione Ligur, patria Genuenſis, patre ObiZZone, ex nobili familia Fliſca, & Lauaniæ comitibus ortus fuit. hic primo canonicus fuerat eccleſiæ Cathedralis Parmenſis, poſtea a Gregorio Papa IX. cum eſſet vtriuſq; iuris conſultiſſimus, Auditor literarum contradictarum, & S. R. E. Vicecancellarius, demũ Presbyter Cardinalis tt. S. Laurentij in Lucina creatus eſt. mortuo autẽ Cæleſtino IIII. poſt longam ſedis vacationem, Anagniæ omnium Cardinalium, qui illuc conuenerant, ſuffragijs, octauo Cal. Iulij, an. MCCXLII. Pontifex Maximus renunciatus, ibidẽ III. Cal. Iulij conſecratus, & coronatus eſt. ſedit autem in Apoſtolica ſede Imperatoribus Cæſaribus Friderico II. & Conrado eius filio, Auguſtis, ann. XI. menſes V. dieſq; XIIII. Obijt Neapoli, anno Domini MCCLIIII. ſeptimo idus Decembris; corpus eius ibidem in Cathedrali Eccleſia ſepultum. Vacauit autem, eo mortuo, Romana ſedes dies XIII.

INNOCENTIVS IIII.

Alexander Papa IIII. Rainaldus antea vocatus natione Hernicus, patria Anagninus, Philippi filius, ex nobili comitũ ſigniæ familia ortus Greg. IX. nepos fuit, a quo Diaconus Cardinalis primo S. Euſtachij, mox Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus creatus eſt. mortuo vero Papa Innocentio IIII. Neapoli cum eſſet Cardinalium Epiſcoporum prior, duodecimo Calen. Ianuarij, Anni Domini MCCLIIII. in eius locum Pontifex Maximus renunciatus, die Natalis Domini conſecratus & coronatus eſt. Sedit autem in Apoſtolica ſede, in interregno poſt mortem Imperatoris Friderici II. Annos VI. menſes V. & dies totidem.

Obijt Viterbij, Anno Domini MCCLXI. octauo Cal. Iunij, corpus eius ibidem in Eccleſia cathedrali S. Laurentij ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo ſedes menſes III. & dies IIII.

ALEXANDER IIII.

Vrbanus Papa IIII. Iacobus antea vocatus, natione Gallus, patria Trecenſis, quæ Campaniæ vrbs eſt, humili loco natus, eius enim patrem ſutorem ucteramentarium fuiſſe ſcribunt, ex Patriarcha Hieroſolymitano Viterbij a Cardinalibus, cum vt vnum ex Cardinalium Collegio eligerent adduci non poſſent, IIII. Cal. Septembris, anni MCC LXI. exra eorum collegium exiſtens, Pontifex Maximus creatus eſt in locum Alexādri Papæ IIII. ac pridie nonas Septembris ibidem conſecratus, & coronatus. Sedit autē in Apoſtolica ſede in interregno, Anno III. menſem vnum, & dies IIII.

Obijt Peruſii, An. MCCLXIIII. ſexto nonas Octobris, corpus eius ibidem in cathedrali Eccleſia S. Laurentij ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſes IIII. dies II.

VRBANVS IIII.

Clemens Papa IIII. Guido antea vocatus, Fulcodij filius, natione Gallus, prouincia Narbonenſi, Vico S. Egidij, Familiaque mediocri, quæ Groſſa appellabatur, ortus fuit. hic prius vxorem, & filios habuerat, qua mortua, clericus factus eſt; cumq; eſſet iureconſultorum peritiſſimus, Regis Francorum a conſilijs aliquandiu fuit; cuius ſtudio Epiſcopus Podienſis primo, deinde Archiepiſcopus Narbonẽſis, poſt Epiſcopus Cardinalis Sabinus ab Vrbano IIII. creatus eſt, quo mortuo, abſens, rediens ex Anglica legatione, Peruſii Nonis Februarij, anni MCCLXV. Pontifex Maximus in eius locum renunciatus, Viterbium venit, vbi octauo Cal. Martij, die Cathedræ S. Petri ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in interregno, annos III. menſes IX. & dies XXV.

Obijt Viterbij, anno Domini MCCLXVIII. tertio Cal. Decembris, corpus eius ibidem ad prædicatores ſepultum eſt.

Vacauit ſedes annos II. menſes IX. & diem I.

CLEMENS IIII.

Gregorius Papa X. Theobaldus antea vocatus, Placentiæ ſummo loco ex Vicecomitum gente Mediolano extorre natus eſt, qui ex Archidiacono Leodienſi abſens: apud Achon enim tūc in Syria commorabatur, tempus opportunum nauigationis expectans, vt Hieroſolymam templum, & ſepulcrum Domini viſitaturus traÿceret, poſt diutinam Cardinalium diſceptationem, & longiſsimum interregnum, extra collegium ipſorum Cal. Septembris Anni MCCLXXI. Pontifex Maximus renunciatus eſt; qui audita, & approbata electione de ſe facta, Viterbium veniens, ibidem ſuæ conſecrationis munus, & coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Rodulpho Auguſto, Annos IIII. menſes IIII. & dies X.

Obÿt Aretÿ in Tuſcia, Anno domini MCC LXXVI. quarto idus Ianuarÿ. corpus eius ibidem in Cathedrali Eccleſia ſepultum eſt. Vacauit, eo mortuo, Romana ſedes dies IX.

GREGORIVS X.

Innocentius Papa V. frater Petrus antea vocatus, natione Gallus, prouincia Burgundia, patria Tarentaſienſis, ordinis fratrum prædicatorum, & magiſter in Theologia, hic ex priori prouinciali Franciæ primo Archiepiſcopus Lugdunenſis, mox ante conſecrationē Epiſcopus Cardinalis Oſtiēſis, & Veliternus a Papa Gregorio X. Lugduni creatus eſt; a quo etiam non longe poſt maior pœnitentiarius factus, quo mortuo Aretij in Tuſcia, omnium Cardinalium ſuffragijs, Tertiodecimo Cal. Februarij, Anni MCCLXXVI. in eius locum Pontifex Maximus renunciatus, Romam venit, vbi die Cathedræ S. Petri Apoſtoli, videlicet octauo Cal. Martij ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede Imperatore Cæſare Rodulpho Hagſpurgenſi Auguſto Menſes V. & dies II. Obijt Romæ, anno MCCLXXVI. decimo Cal. Iulij. corpus eius Laterani ſepultum.

Vacauit Romana ſedes dies XIX.

INNOCENTIVS V.

Hadrianus Papa V. Othobonus antea vocatus, natione Ligur, patria Genuenſis, ex comitibus Lauaniæ, familia nobiliſſima Fliſca ortus, patrem habuit Thediſiũ fratrem Innocẽtij Papæ IIII. a quo ipſe Othobonus ex Archidiacono Canturienſi Diaconus Cardinalis, S. Hadriani creatus eſt. qui poſt obitum Innocentij V. Romæ a Cardinalibus in eius locum Pontifex Maximus quarto idus Iulij, Anni MCCLXXVI. renunciatus, ſtatim ex vrbe diſcedens, Viterbium venit, vbi ante conſecrationem mortuus eſt. Sedit autem menſem vnum, & dies IX.

Obijt Viterbij, ante conſecrationem, anno Domini MCCLXXVI. quintodecimo Cal. Septembris. corpus eius ſepultum eſt ibidẽ ad Eccleſiam fratrum minorum.

Vacauit ſedes dies XXV.

HADRIANVS V.

Ioannes Papa XX. dictus XXI. magiſter Ioannes Petrus antea vocatus, natione Hiſpanus, prouincia Luſitania, quæ et Portugallia dicitur, patria Vlixponenſis, patrem habuit Iulianum, a quo & Petrus Iuliani appellatus eſt. hic a Gregorio Papa X. in concilio generali Lugdunenſi Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus creatus fuit, atq; mortuo Hadriano V. Viterbij in eius locum a Cardinalibus idibus Septembris, Anni MCCLXXVI. Pontifex Maximus renunciatus, XII. Cal. Octobris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Rodulpho menſes VIII. & dies V. Obijt Viterbij, Anno Domini MCCLXXVII. ſextodecimo Cal. Iunij. corpus eius in Eccleſia cathedrali ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes, mẽſes VI. & dies VII.

IOANNES XX.



Nicolaus Papa III. Ioannes Caietanus antea vocatus, Romæ nobiliſsimis natalibus, familia videlicet Vrſina ortus eſt, qui ex Archidiacono Cardinale S. R. E. S. Nicolai in carcere Tulliano, ab Innocentio Papa IIII. factus, & Archipresbytero S. Petri, in locum Ioannis XX. Cardinalium ſuffragijs Viterbij VII. Cal. Decemb. anni MCCLXXVII. Pontifex Maximus renunciatus eſt, atque Romæ VII. Cal. Ianuarij conſecrationis munus & coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Rodulpho Habſpurgenſi Auguſto, Annos II. menſes VIII. & dies XXII.

Obijt in caſtro Suriani diœceſis Viterbienſis an. Domini MCCLXXX. decimooctauo Cal. Septembris. corpus eius Romam portatum, in Baſilica S. Petri ſepultũ eſt: Vacauit Romana ſedes menſes VI. & dies totidem.

NICOLAVS III.

Martinus Papa IIII. Simon antea vocatus, natione Gallus, prouincia Campania, oppido Bria Senonenſis diœceſis, humili loco natus, ex canonico, & Theſaurario Eccleſiæ Sancti Martini Turonis Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ ab Vrbano Papa quarto factus fuit. qui mortuo Nicolao Papa III. Viterbij a Cardinalibus in eius locum Pontifex Maximus, octauo Calen. Martij, Anni MCCLXXXI. creatus, apud vrbem veterem X. Cal. Aprilis conſecratus, & coronatus eſt. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Rodulpho, Annos IIII. menſem vnum, & dies VII.

Obijt Peruſii, Anno Domini MCCLXXXV. quinto Cal. Aprilis, corpus eius in Eccleſia cathedrali S. Laurentij ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes, dies III.

MARTINVS IIII.

MARTINVS .IIII . PAPA TVRONENSIS
193 *Gallus*

Honorius Papa IIII. Iacobus antea vocatus, Romæ ſummo loco, ex gente Sabella ortus, patrem habuit Lucam virum in vrbe primariũ & ſæpe ſenatorem, hic ex Archidiacono Cardinale S.R.E. S. Mariæ in Coſmedin ab Innocentio Papa IIII. facto, iam ſenex in locũ Martini Papæ IIII. Peruſii a Cardinalibus Cal. Aprilis Anni MCCLXXXV. Pont. Maximus creatus eſt, qui mox Romam veniens ante Baſilicam S. Petri, XVII. Calen. Maij ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit Imperatore Cæſare Rodulpho Annos II. & dies totidem.

Obijt Romæ, Anno Domini MCCLXXXVII. tertio Nonas Aprilis. corpus eius ad S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit, eo mortuo, ſedes Romana menſes X. & dies XVIII.

HONORIVS IIII.

Bb

Nicolaus Papa IIII. frater Hieronymus antea vocatus, natione Picenus, patria Aſculanus, humili loco natus, ab ineunte ætate ordinem fratrum minorum profeſſus, per omnium illius ordinis magiſtratuum gradus ad Generalatum euectus eſt, cumque eſſet eximius in Theologia magiſter, a Nicolao Papa III. Presbyter Cardinalis Sanctæ Pudentianæ tt. Paſtoris primo, mox ab eius ſucceſſore Martino Papa IIII. Epiſcopus Cardinalis Prænestinus creatus eſt. qui mortuo Honorio Papa IIII. Romæ apud Sāctam Sabinā in eius locum, omnium Cardinaliū ſuffragijs VIII. Cal. Martij, anni MCCLXXXVIII. Pontifex Maximus renūciatus, VI. Cal. Martij coronatus fuit. Sedit autem in Apoſtolica ſede Imperatoribus Cæſaribus Rodulpho, & Adolpho Auguſtis, Annos IIII. menſem I. & dies XIIII.

Obijt Romæ, Anno MCCXCII. pridie Nonas Aprilis. corpus eius ad S. Mariam maiorem ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes annos II. menſes III. & dies II.

NICOLAVS IIII.

NICOLAVS · P · IIII · ASCVLANVS

193

Cæleſtinus Papa V. frater Petrus de Morone antea vocatus, natione Samnis, patria Eſerina, prior eremi Maiellæ, diœceſis Valuenſis & ſulmonenſis in Apulia, ordinis S. Benedicti, cõgregationis S. Damiani, humili loco natus, verũ virtute, & sãctitate celeberrimus fuit. hic abſens in eremo Maiellæ, & extra conlegium Cardinalium, cum inter ſe de futuro Pontifice Cardinales concordes non eſſent, poſt longam tandem diſceptationem, ad ſuggeſtionem fratris Latini Epiſcopi Cardinalis Oſtienſis, qui eius ſanctiſſimam vitam optime nouerat, Nonis Iulÿ an. MCCXCIIII. Peruſii, vbi Cardinales conuenerant, Pontifex Maximus renunciatus, Aquilam venit, vbi ad ſe vocatis Cardinalibus, cõſecrationis munus, & coronationis inſignia IIII. Cal. Septembris ſuſcepit. Sedit vero Imp. Cæſare Adolpho Auguſto, menſes V. & dies VII.

Anno Domini MCCXCIIII. idibus Decẽbris, Neapoli ſponte Pontificatu abdicauit. Vacauit ſede dies X.

CÆLESTINVS V.

Bonifacius Papa VIII. Benedictus antea vocatus, natione Hernicus patria Anagninus, familia Caietana nobili, & honorata ortus Liutfredi equitiis filius, & Alexandri IIII. Papæ ex nepte pronepos, iuris vtriuſque peritiſsimus fuit. hic a Martino Papa IIII. Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano, a Nicolao vero Papa IIII. Presbyter Cardin. SS. Sylueſtri, & Martini tt. Equitij creatus eſt. cum autem Cæleſtinus Papa V. ſponte Pontificatu abdicaſſet, Neapoli in eius uiuentis locum omnium Cardinalium ſuffragijs octauo Cal. Ianuarij, Pontifex Maximus renunciatus, Romam paulo poſt veniens, apud S. Petrum XVI. Cal. Februarij, Anni MCCXCV. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede Imperatoribus Cæſaribus Adolpho, & Alberto annos VIII. Menſes IX. & dies XIX.

Obijt Romæ, Anno Domini MCCCIII. quinto idus Octobris. corpus eius ad S. Petrū ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes, dies XI.

BONIFACIVS VIII.

Benedictus Papa IX. dictus XI. frater Nicolaus Bocaſinus antea vocatus, Taruiſii humili, ac pene infimo loco ortus, ordinem prædicatorum adoleſcens profeſſus, per omnium dignitatum gradus ad ordinis magiſteriū aſcendit: fuit enim primo ſacræ Theologiæ lector, mox prior localis, deinde prouincialis, poſtea doctor in Theologia, demū ordinis magiſter; ex quo magiſtratu Presbyter Cardinalis a Bonifacio Papa VIII. tt. S. Sabinæ factus eſt, quo mortuo, cum eſſet Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus, Romæ omnium Cardinalium ſuffragijs, in eius locum XI. Cal. Nouembris anni MCCCIII. Pontifex Maximus renunciatus VI. Cal. Nouembris apud Baſilicam S. Petri coronatus fuit. Sedit autem Imperatore Cæſare Alberto Auguſto, menſes IX. & dies VI.

Obijt Peruſii An. Domini MCCCIIII. ſexto Cal. Auguſti. corpus eius ibidem ad prædicatores ſepultum. Vacauit, eo mortuo, ſedes Romana menſes X. & dies VIII.

BENEDICTVS IX.

Clemens Papa V. Raimũdus del Goth antea vocatus, Bertrãdi equitis filius, natione Gallus prouincia Vaſconia, quæ ab antiquis Aquitania dicebatur, ex oppido Mihandran diœceſis Burdegalenſis, ortus, a Bonifacio octauo, primo Epiſc. Conuennarũ, mox Archiepiſc. Burdegal. creatus fuit; qui poſt obitum Papæ Benedicti, cum Card. inter ſe concordes non eſſent, vt vnum ex ſuo corpore pontificem orbi darẽt, poſt longum IX. menſiũ, et dierũ ſex interregnũ, abſens: in Vaſconia enim ad ſuũ Epiſcopatũ Burdegalis cõmorabatur, & extra Colleg. Cardinaliũ, Peruſii, in vigilia Pentecoſtes videlicet nonis Iunij, anno MCCCV. Pont. Max. oĩum Card. ſuffragijs renunciatus eſt: qui audita, & approbata electione ſua Lugdunumq; ſequenti Auguſto veniens, oẽs ad ſe ex Italia conuocauit Cardinales, ibiq; in Eccleſia S. Iuſti, pridie idus Nouembris eiuſdẽ anni ſua coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Impp. Ceſſ. Alberto, & Henrico VII. Lutcemburgenſi, Aug. ann. VIII. men. X. & dies XVI.

Obijt XII. Cal. Maij anno MCCCXIIII. apud Rocã Maulã, puinciæ ſuper rhodanũ corpus eius Burdegalã delatũ in eccleſia Cathedrali ſepultũ fuit. Vacauit ſedes an. 2. mẽ. 3. d. 17.

CLEMENS V.

Ioannes Papa XXI. dictus XXII. Iacobus antea vocatus, natione Gallus, patria Caturcenſis, ex prouincia Aquitania, familia de Oſſa, patre Arnaldo, humili, ac pene infimo loco natus eſt, quippe cuius pater Arnaldus ſutor veteramentarius fuerit. hic primo fuit Epiſcopus Forudienſis, & Cancellarius Regis Caroli II. Siciliæ Regis, mox Epiſc. Aquenſis, deinde Auinionēſis; demū Epiſcopus Cardin. Portuenſis, & S. Ruſinæ a Clemente V. creatus eſt. quo mortuo, tertio vacantis ſedis anno Lugduni duorum, & viginti Cardinalium ſuffragijs VII. idus Auguſti an. MCCC XVI. Pontifex Maximus renunciatus, ibidē ad prædicatorum Eccleſiam, vbi etiam Pontifex factus fuerat, nonis Septembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede Imperatore Cæſare Ludouico Bauaro Auguſto, Annos XVIII. menſes III. dieſque XXVIII.

Obijt Auinione in Palatio Apoſtolico, Anno Domini MCCCXXXIIII. pridie nonas Decembris. corpus eius ibidem in Eccleſia Cathedrali S. Mariæ de Donis ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies XVI.

IOANNES XXI.

Benedictus Papa X. dictus XII. frater Iacobus antea vocatus, fuit autem natione Gallus, prouincia Tholoſana; ex oppido Sauarduno diœceſis Appamiarum, familia, quæ F rneria dicebatur ortus, hic primo fuit monachus Ciſtercienſis, Abbaſque monaſterij Fontis frigidi, & ſacræ Theologiæ magiſter eximius; mox factus Epiſcopus Appamiarum, deinde Mirapicenſis; demum Presbyter Cadinalis tt. S. Priſcæ, a Ioanne Papa XXI. creatus, Cardinalis albus appellabatur. mortuo vero Ioanne Papa, Auinione ad prædicatores, omnium Cardinalium ſuffragijs XIII. Calen. Ianuarij, anni Dom. MCCCXXXIIII. Pon. Max. renunciatus, ibidem VIII. Cal. Ian. ſuæ coronationis inſignia ſolēniter ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imperatoribus Cæſaribus Lodouico Bauaro, & Carolo IIII. Auguſtis, Annos VII. menſes IIII. & dies VI.

Obijt Auinione in palatio Apoſtolico, quod ipſe fabricauerat, Anno Domini MCCCXLII. VII. Calē. Maij. corpus eius in cathedrali Eccleſia S. Mariæ de Donis ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes, dies XII.

BENEDICTVS X.

Clemens Papa VI. frater Petrus Rogerij antea vocatus, natione Gallus; ex prouincia Tholoſana, oppido Malmonte, Lemouicẽſis diœceſis, ex familia Monſtria originem duxit. fuit autem profeſſus monachus in monaſterio Caſæ dei, Claromontenſis diœceſis qui Lutetiæ Pariſiorum Theol. magiſterium aſſumpſit. primo autem prior conuentualis monaſterij; mox Abbas Fiſcanẽſis in Nortmãdia, deinde Archiepiſcopus Arelatenſis, poſtea ſenonẽſis, poſt Rothomagenſis factus fuit: demum a Benedicto X. Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei creatus eſt. quo mortuo in eius locum Auinione a Cardinalibus in monaſterio prædicatorum, Nonis Maij, anni MCCC XLII. Pontifex Maximus renunciatus, ibidem quartodecimo Cal. Iunij, die Pentecoſtes coronatus eſt. Sedit autem Imp. Cæſare Carolo IIII. Aug. annos X. & menſes VII.

Obijt Auinione in Palatio Apoſtolico, anno domini MCCCLII. octauo idus Decembris, corpus eius primo in Eccleſia Cathedrali Auinionenſi ſepultum fuit; poſt ad monaſteriũ Caſæ dei, vbi religionis habitũ ſumpſerat, delatum, ibidem honorifice conditum eſt. Vacauit ſedes dies XI.

CLEMENS VI.

Innocentius Papa VI. Stephanus Alberti antea vocatus, natione Gallus, patria Lemouicenſis, hic primo fuit cauſſarum procurator, mox delectus iudex, cum eſſet vtriuſque iuris doctiſſimus. poſtea clericus factus, Epiſcopatum Nouiodunenſem, & paulo poſt Claromontanum adeptus eſt. a Clemente autẽ Papa VI. Presbyter Cardinalis SS. Ioannis & Pauli, tt. Pammachij, maior pœnitentiarius, & demum Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus creatus fuit: quo mortuo, Auinione in eius locum omnium Cardinalium ſuffragijs, XV. Cal. Ianuarij, anni MCCCLII. Pontifex Maximus renunciatus X. Cal. Ianuarij ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autẽ Imperatore Cæſare Carolo IV. auguſto, Annos IX. menſes VIII. & dies XXVI. Obijt Auinione, anno Domini MCCCLXII. pridie idus Septembris. corpus eius ſepultum eſt in Eccleſia Cathedrali Auinionenſi S. Mariæ de Donis, poſtea ad Eccleſiam Carthuſianorum apud Villam nouam tranſlatum. Vacauit Romana ſedes menſem vnũ, & dies XV.

INNOCENTIVS VI.

Vrbanus Papa V. magiſter frater Guillelmus antea vocatus, Grimaldi Militis filius natione Gallus; ex prouincia Tholoſana, oppido ditionis paternæ Griſaco, diœceſis Mimmatēſis ortus, ab ineunte ætate liberalibus diſciplinis inbutus artium, decretorum, & ſacræ Theologiæ magiſter factus eſt. fuit autē monachus profeſſus in monaſterio cōuentuali Chiriacēſi Mimnatenſis diœceſis, eum Papa Innocentius VI. ex Abbate monaſterij Antiſiodorenſis, Abbatem Cænobij S. Victoris Maſsiliæ fecit. quo mortuo Auinione omnium Cardinalium ſuffragijs, non Cardinalis, & abſens V. Cal. Nouembris anni MCCCLXII. Pontifex Maximus renunciatus, Auinionem veniens VIII. idus Nouembris, conſecrationem ſimul, & coronationem ſuam perfecit. Sedit Imperatore Carolo IIII. Auguſto, Annos VIII. menſem I. & dies XVII.

Obijt Auinione, anno domini MCCCLXX. quartodecimo Cal. Ianuarij. corpus eius Maſsiliam portatum, in Eccleſia S. Victoris, cuius olim Abbas fuerat, ſepultū eſt. Vacauit, eo mortuo, ſedes Romana dies X.

VRBANVS V.

Gregorius Papa XI. Petrus antea vocatus, natione Gallus, prouincia Tholoſana, patria Lemouicenſis, familia Mōſtria, ex oppido Malmonte oriunda, comes Belli fortis, Papæ Clementis VI. fratris filius fuit, atque ab eodem S. Mariæ nouæ Diaconus Cardinalis creatus qui mortuo Vrbano Papa V. in eius locum Auinione omnium Cardinaliū ſuffragijs III. Calen. Ianuarij, anni Dom. MCCCLXXI. ineunte. Pontifex Maximus. renunciatus, die Epiphaniæ conſecratus, & coronatus eſt. Sedit in Apoſtolica ſede, Imperatoribus Cæſaribus: Carolo IIII. & VVenceſlao Auguſtis, annos VII. menſes II. & dies XXVII. Obijt Romæ, anno Domini MCCCLXXVIII. Cal. Aprilis. corpus eius in Eccleſia S. Mariæ nouæ ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes, dies XI.

GREGORIVS XI.

Vrbanus Papa VI. Bartholomæus Butillus antea vocatus, Neapoli in platea Vindi, in loco qui vulgo infernus appellatur, familia Prægnana patre Piſano, & matre Neapolitana vtriſq. ignobilibus ortus eſt. fuit autẽ vtriuſq. iuris doctor, & in Romana curia poſt reditum Gregorij XI. ad vrbem pro Petro Presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ, & S. R. E. Vicecancellario abſente, Cancellariae Apoſtolicae in Italia regens, primo Archiepiſc. Acheruntinus, mox Barenſis a Grego. XI. eius praedeceſſore factus; quo mortuo, vndecimo vacantis ſedis die Romae, ipſe a XVI. Card. tunc apud Baſilicam S. Petri in Conclaui exiſtentibus, qui inter ſe concordes nõ erant, vt vnum ex ſui collegij corpore eligerent, non Card. VI. idus April. anni MCCCLXXVIII. Pontifex Maximus renunciatus, die ſequenti omnium ſuffragijs, in Apoſtolica ſede locatus eſt & quartodecimo Cal. Maij, in die Paſchae per Iacobum Cardinalem Vrſinum, S. R. E. Archidiaconi locum tenentem ſuae coronationis, omnibus Cardinalibus conſentientibus, inſignia ſuſcepit. Sedit autem Imp. Caeſare VVenceſlao Auguſto, annos XI. menſes VI. & dies VIII.

Obijt Romae anno MCCCLXXXIX. tertio idus Octob. corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultum. Vacauit, eo mortuo, ſedes dies XIX.

VRBANVS VI.

Bonifacius Papa IX. Petrus, vel Perinus antea vocatus, Neapoli familia Cibo Tomacella, quam eandem eſſe cum familia Cibo Genuenſi vtraq. gens fatetur ortus, ex Acolyto, & Protonotario Apoſtolico primo Diaconus Cardinalis S. Gregorij in Velabro, mox Presbyter tt. S. Anaſtaſiæ ab Vrbano Papa VI. creatus eſt, quo mortuo Romæ a Cardinalibus obedientiæ Vrbani, quarto Nonas Nouembris anno MCCCLXXXIX. Pontifex Maximus renunciatus III. idus Nouembris conſecratus, & coronatus eſt. Sedit autem Romæ Imperatoribus Cæſaribus VVenceſlao, & Ruperto Auguſtis, Annos XIV. & menſes XI.

Obijt Romae in Palatio Apoſtolico apud S. Petrum anno Domini MCCCCIV. Cal. Octobris. corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies XV.

BONIFACIVS IX.

Innocentius Papa VII. Coſmatus antea vocatus, ex prouincia Apulia, patria Sulmonenſis, Valuēſis diœceſis, familia mediocri, quæ Meliorata dicebatur, vtriſque parentibus honeſtæ cōditionis ortus eſt, fuit autem vtriuſque iuris Doctor, & ſub Vrbano VI. Clericus Cameræ Apoſtol. a quo etiam collector redditũ eiuſdẽ Cameræ, in Regno Angliæ eſt miſſus; poſtea ab eodem Vrbano Archiepiſc. Rauennas, in locum Pilei Card. priuati, mox Bononienſis Epiſc. cũ cōmenda Rauennatis Eccleſiæ, deinde Romanæ Eccleſiæ Theſaurarius, & Vicecamerarius creatus fuit, demum a Bonifacio IX. in principio ſui Pontificatus Presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalẽ factus, aliquot annis; poſt mortuo Stephano Paloſio, S. R. E. Camerario; Camerariatus munus obtinuit. mortuo autem Bonifacio IX. Romæ in eius locum omnium Cardin. ſuffragijs, XVI. Cal. Nouẽb. Anni MCCCCIIII. Pont. Max. renunciatus, quarto Nonas Nouemb. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autẽ Impp. Caſſ. Ruperto, & VVenceſlao Auguſtis, An. I. & dies XXII.

Obijt Romæ, anno MCCCCVI. octauo idus Nouemb. corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultũ eſt. Vacauit ſedes dies XXIII.

INNOCENTIVS VII.

Gregorius Papa XII. Angelus antea vocatus, Venetijs ex familia Patritia Coraria natus eſt. qui cum eſſet ſacræ Theologiæ magiſter eximius, primo Epiſcopus Caſtellanus Venetijs, mox Chalcidis in Græcia, deinde Patriarcha Conſtantinopolitanus a Bonifacio IX. factus, ab eius demũ ſucceſſore Innocẽtio VII. Presbyter Cadinalis tt. S. Marci creatus fuit cũ prius eius Referendarius aſſiſtens, & in palatio ſocius fuiſſet. quo mortuo Romæ, a Cardinalibus pridie Cal. Decembris, anni domini MCCCCVI. Romanus Pontifex renunciatus Nonis Decembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede Impp. Cæſaribus VVenceſlao, Ruperto, & Sigiſmundo Auguſtis, annos VI. & menſem vnum.

Obijt Recanati, Anno Domini MCCCCVII. corpus eius ibidem in Eccleſia Cathedrali ſepultum fuit.

GREGORIVS XII.

GRE G ORIVS XII PAPA VENET.
207

Alexander Papa V. frater Petrus Philareti antea vocatus, natione Græcus, prouincia, & patria Cretenſis ordinis fratrum minorum, & ſacræ Theologiæ Doctor eximius, primo fuit Epiſcopus Vicentinus, poſt Nouarien. & Patriarcha Graden. deinde Archiepiſc. Mediolanen. demum Presby. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtol. ab Innocẽtio Papa VII. creatus, qui priuatis, Nonis Iuniÿs in concilio Piſano ab vtriuſq. obedientiæ Cardinalibus, numero XXIII. ex Synodi ſententia Gregorio XII. & Benedicto XV. in vtriuſq. locũ in eodem concilio, omnium Cardinalium vtriuſq. obediẽtiæ, qui Synodo interfuerunt, ſuffragiÿs, vigeſimo vacantis ſedis die, videlicet VI. Cal. Iulÿ, Pontifex Maximus renunciatus, Nonis Iulÿ ſuæ coronationis inſignia in Eccleſia Cathedrali Piſana ſuſcepit.

Sedit in Apoſtolica ſede Imperatore Cæſare Ruperto Auguſto, menſes X. & dies VIII.

Obÿt Bononiæ An. Domini MCCCCX. quinto Nonas Maÿ corpus eius ibidem ad Eccleſiam fratrum minorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies XI.

ALEXANDER V.

ALEXANDER·V·PAPA CRETEN·

208

Ioannes Papa XXII. dictus XXIII. Balthaſſar antea vocatus, Neapoli mediocri familia, quæ Coſſa dicebatur, ortus eſt; quem ex Protonotario, & Cubiculiario Apoſtolico Bonifacius Papa IX. Diaconum Cardinalem S. Euſtachij, Bononiæq; Legatum creauit. hic mortuo Bononiæ Papa Alexandro V. in eius locum a Cardinalibus XVI. Cal. Iunij Pont. Maximus renunciatus, ibidem octauo Cal. Iunij coronatus eſt. Sedit in Apoſtolica ſede Impp. Cæſaribus Ruperto & Sigiſmundo Auguſtis, Annos V. & dies XV.

Obijt Florentiæ XI. Cal. Iunij, Anno Domimini MCCCCXIX. corpus eius ſepultum eſt in Baptiſterio Sancto Ioannis.

IOANNES XXII

IOANNES·XXIII·PAPA NEAPOLITA·

209

Martinus Papa V. Otho antea vocatus, Romæ ſummo locco natus, patre Agapito ex familia Columnenſi ortus eſt, hic cum iuris Pontificij peritus eſſet, primo referendarius fuit Vrbani Papæ VI. eum poſtea Innocentius VII. Diaconum Cardinalē S. Georgij in Velabro creauit; qui in concilio generali Conſtantienſi, XXII. Cardinalium, & XXX. electorum ſuffragijs, in die S. Martini Epiſcopi, Pontifex Maximus renunciatus, XI. Cal. Decembris coronatus eſt. Sedit vero in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Sigiſmundo Auguſto, annos XIII. menſes III. & dies XII.

Obijt Romæ, anno MCCCCXXXI. decimo Cal. Martij. corpus eius Laterani ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies X.

MARTINVS V.

MARTINVS·V·PAPA ROMANVS

210

Eugenius Papa IIII. domnus Gabriel antea vocatus, Venetijs familia Condulmeria populari ortus Gregorij Papæ XII. ſororis filius fuit fuerat autem ante dignitates Eccleſiaſticas canonicus (vt vocant) ſæcularis Cæleſtini habitus, congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum, ab auunculo vero in Pont. Max. renunciato, ad Romanam curiam euocatus, ab eo primo Protonotarius Apoſtolicus, Theſaurarius ſuus, mox electus Epiſcopus Senēſis, & S. Mariæ nouæ Diaconus Cardinalis; demum tt. S. Clementis Presbyter creatus eſt; qui nonniſi in cōcilio Conſtantienſi; quando Gregorius Papa XII. Pōtificatu abdicauit; pro Cardinali haberi cæptus eſt, ſub Martino autem Papa V. Agripiceni legatum egit. quo mortuo V. Nonas Martij an. MCCCC XXXI. omnium Cardinalium in cōclaui exiſtentium ſuffragijs Pontifex Maximus renūciatus, V. idus Martij apud Beſilicam S. Petri ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtol. ſede Impp. Cæſſ. Sigiſmūdo, Alberto, & Friderico III. Auguſtis, an. XV. & menſes XI. dieſq; XXI.

Obijt Romæ, an. MCCCCXLVII. ſeptimo Cal. Martij. corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes, dies X.

EVGENIVS IIII.

EVGENIVS·PP·IIII·VENE·

Nicolaus Papa V. magiſter Thomas antea vocatus, natione Ligur, oppido Sergiana, Lunẽſis diœceſis, ex ignobili familia, quæ Lucana dicebatur, ortus, patrem habuit Bartholomæũ medicũ, matrẽ vero Andreolam, vtroſq; infimæ ſortis homines. Hic Bononiæ ſtudijs literarum, & Theologiæ adoleſcẽs operam dedit, adiutus liberalitate Nicolai Albergati Card. S. Crucis, atq; magiſterij, vt vocãt, lauream cõſecutus eſt. mox cum Romam veniſſet, ſtudio eiuſdem Cardin. in numero ſcriptorum Pœnitentiariæ relatus, paulo poſt ſubdiaconus Apoſtolicus factus eſt, ab Eugenio vero Papa IIII. Epiſcopus Bononienſis, & Presbyter Card. tt. S. Suſannæ creatus, eius non longe poſt in Pontificatu Romano ſucceſſor fuit: eo enim mortuo Romæ XVII. Card. ſuffragijs prid. nonas Martij, Pont. Max. renunciatus, Nicolaum ſe appellari voluit, hominis de ſe benemeriti, & cuius aliquãdo œconomus fuerat Card. videlicet S. Crucis nomen aſſumens, coronatus autem fuit quarto idus Martij eiuſdem anni, prope Baſilicam principis Apoſtolorum.

Sedit Imp. Cæſ. Friderico III. Aug. ann. 8. & dies 19. Iubileum 1450. VI. celebrauit.

Obijt Romæ IX. Cal. April. MCCCCLV. eius corpus in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies XIIII.

NICOLAVS V.

NICOLAVS PAPA·V·LIGVR·

Caliſtus Papa III. Alphonſus Boria antea vocatus, natione Hiſpanus, oppido Sauina, Valẽtinæ diœceſis, ortus, patrẽ habuit Ioannẽ, matrẽ vero Franciſcã vtroſq; generoſi ſtẽmatis. hic adoleſcẽs Iuri operã dedit, atq; vtriuſq; Iuris doctor factus eſt. eum autem ex Archiepiſcopo Valẽtino Eugenius Papa IIII. Presbyterum Card. tt. SS. Quatuor coronatorũ Creauit. qui Nicolao Papa V. vita functo Romæ apud S. Petrum XV. Cardinalium ſuffragijs VI. idus Aprilis anni MCCCCLV. Pontifex Maximus in eius locum factus XII. Cal. Maij, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem Imper. Cæſare Friderico III. Auguſto Annos III. menſes III. & dies XXVI.

Obijt Romæ, in palatio Apoſtolico S. Petro, ann. Domini, MCCCCLVIII. quarto Nonas Aguſti. corpus eius in ſacrario Baſilicæ principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies XVII.

CALISTVS III.

CALISTVS PAPA·III·HISPANVS

213

Pius Papa II. Æneas Syluius antea vocatus, natione Tuſcus, patria Senenſis, familia nobili ſed populari, Picolominea ortus; Corſiniani, quod oppidum eſt Senenſis agri, patre Syluio & matre Victoria natus eſt. fuit autem vir bonarum artium peritiſſimus, atque a ſecretis primo Dominici Capranici Cardin. poſt Nicolai Albergati Card. S. Crucis, demum Friderici III. Imperatoris. a Nicolao autē V. ex Canonico Tridentino, abbreuiatore, & ſubdiacono Apoſtolico, Epiſcopus Tergeſtinus, & paulo poſt Senenſis deſignatus eſt. eum Caliſtus Papa III. Diaconum Cardin. S. Euſtachij, mox Presbyterum Cardinalem tt. S. Sabinæ creauit. qui, mortuo eodem Caliſto, Romæ in eius locum a Cardinal. XIII. Cal. Septembris anni MCCCCLVIII. Pontifex Maximus renunciatus III. Nonas Septembris coronatus eſt. Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Friderico III. Auguſto, ann. V. men. XI. & dies XXVI. Obijt Anconæ in piceno, dum bellum in Turcas ordinaret, XIX. Calend. Septembris Anno Domini MCCCCLXIIII. Romam relatum in Baſilicam S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies XVI.

PIVS II.

PIVS PAPA·II·SENENSIS

214

Paulus Papa II. Petrus antea vocatus, Venetÿs familia patricia Barba, patre Nicolao, & matre Polixena, Eugenÿ Papæ IIII ſorore natus eſt, ab auunculo autē Eugenio IIII. primo Archidiaconus Bononienſis, & protonotarius Apoſtolicus factus, mox Epiſcopus Ceruienſis deſignatus, tandem Diacon. Card. S. Mariæ nouæ creatus eſt, poſtea Epiſcopatum Vicentinum adeptus, a Nicolao Papa V. ex Diacono Presbyter Cardinalis tt. S. Marci dictus fuit, qui mortuo Pio Papa II. Romæ in eius locum omnium Cardinaliū ſuffragÿs pridie Cal. ſeptemb. anni Domini MCCCC LXIIII. Pontifex Maximus renūciatus V. idus Septembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit vero in Apoſtolica ſede, Imperatore Cæſare Friderico III. Auguſto annos VI. menſes X. & dies XXIX.

Obÿt Romæ in palatio Apoſtolico apoplexiæ morbo correptus, Anno domini MCCCC LXXI. Cal. Auguſti. corpus eius ad S. Petrum ſepultum eſt.
Vacauit ſedes dies XI.

PAVLVS II.

PAVLVS PAPA·II·VENETVS

Xyſtus Papa IIII. Magiſter frater Franciſcus antea vocatus, natione Ligur, ex villa Albizzola, diœceſis Sauonenſis, humili, genere ortus, patrem enim habuit piſcatorem, ab ineunte ætate Sauonæ ordinem fratrum minorum profeſſus eſt, in quo breui admodũ in omni diſciplinarũ genere profecit, vt per omnium ſui ordinis dignitatũ gradus ad Generalatum euectus ſit, a quibuſdã autem Regulis Allobrogibus gentis Ruuereæ, apud quos aliquando diuerſatus fuerat, & familiæ nomine, & gentilitÿs clypeis donatus eſt. eũ autẽ audita eius fama, Paulus Papa II. adiuuãte maxime Cardinali Beſſarione, ex generali miniſtro ſui ordinis, Presbyterum Cardinalem tt. S. Petri ad Vincula creauit: poſt cuius mortem in eius locum Romæ V. idus Augusti Anni MCCCCLXXI. omnium Cardinalium ſuffragÿs, Pontifex Maximus renũciatus, XV. Cal. Septembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Friderico III. Auguſto An. XIII. & dies V.

Obÿt Romæ in Vaticano, pridie idus Aug. anni MCCCCLXXXIIII. corpus eius apud S. Petrũ æneo ſolio in choro canonicorũ ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies XV.

XYSTVS IIII.

XISTVS PP IIII SAVONEN. 216

Innocentius Papa VIII. Ioannes Baptiſta antea vocatus, natione Ligur, patria Genuenſis, ex nobili apprime, & peruetuſto genere cibo ortus, patrem, Aaronē nomine, habuit, qui multis, ac peramplis, ſplendidisq. honorum titulis, quibus apud Neapolitanos Reges, & apud Caliſtum III. Maximum Pontificem perfunctus eſt, egregium tandem cumulum ſummæ Regni Neapolitani procurationis cum ipſo Proregis titulo addidit. At Ioannes Baptiſta tem porum varietatibus anguſta re familiari in adoleſcentia vſus inter Alphonſi Siciliæ Regis miniſtros diu vixit, inde Romam veniens in contubernio Philippi Calandrini Cardinalis Bononienſis fuit. a Xyſto autem IV. primo Epiſcopus Sauonenſis, mox Melfitenſis, & Datarius, deinde presbyter Cardinalis tt. ſanctę Balbinæ, demum ſanctæ Cæciliæ creatus eſt. quo mortuo, Romæ in eius locum omnium Cardinalium ſuffragijs quarto Cal. Septembris anno Domini MCCCCLXXXIV. Pontifex Max. renunciatus, pridie idus Septembris coronatus eſt. Sedit autem in Apoſtolica ſede Imperatore Cæſare Friderico III. Auguſto annos VII. menſes X. & dies XXVII.

Obijt Romæ anno MCCCCXCII. octauo Cal. Auguſti. corpus eius in Baſilica ſancti Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies XXII.

INNOCENTIVS VIII

INNOCENTIVS PP·VIII LIGVR

217

Alexander Papa VI. Rodericus antea vocatus natione Hiſpanus, patria Valentinus, patrē habuit Lofredum equitem prædiuitem, matrem vero Caliſti Papæ III. ſororem, qui etſi familia Lenzolia oriundus eſſet, Borgiæ, vel Boriæ tamen familia nomen, quo cum gentilitijs inſignijs ab auunculo Papa Caliſto donatum fuit, auito omiſſo, ſemper retinuit. Hic adhuc adoleſcens ab eodem auunculo ſuo electus eſt Archiepiſcopus Valentinus, ac Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, & S. R. E. Vicecancellarius creatus, a Xyſto autem IIII. Epiſcopus Cardinalis Albanus, & paulo poſt Portuē. & S. Rufinæ factus fuit. mortuo autem Innocentio Papa VIII. in eius locum Romæ Pontifex Maximus III. idus Auguſti, anno MCCCCXCII. renūciatus VII. Cal. Septemb. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit in Apoſtolica ſede, Imperatoribus Cæſarib. Friderico III. & Maximiliano Auguſtis, annos XI. dies XVIII. Obijt Romæ Anno domini MDIII. quintodecimo Cal. Septēb. corpus eius in ſacrario Baſilicæ S. Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſem vnū, & dies IIII.

ALEXANDER VI.

ALEXANDER · PP · VI · HISPANVS

218

Pius Papa III. Franciſcus antea vocatus, natione Tuſcus, patria Senenſis, Pij Papæ II. ex ſorore Laodomia nepos fuit. qui ab auunculo gentilitijs inſignijs, & nomine donatus, Archiepiſcopuſque Senenſis deſignatus; non longe poſt Diaconus Card. S. Euſtachij creatus eſt. multis autem legationibus pro Reipu. Chriſtianæ arduis negotijs in Cardinalatu ſuſceptis, clarus euaſit. quare mortuo Alexādro Papa VI. Romæ in eius locum, cum eſſet S.R.E. Archidiaconus, omnium Cardinaliū ſuffragijs X.Cal. Octobris, anno MDIII. Pont. Max. renunciatus, octauo idus Octobris, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imp. Cæſare Maximiliano, dies tantum XXVI.

Obijt Romæ in palatio Vaticano, anno Domini MDIII. quintodecimo Calen. Nouēb. corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt, prope Pium II.

Vacauit Romana ſedes dies XXIIII.

PIVS III.

PIVS PAPA·III·SENENSIS

Iulius Papa II. Iulianus de Ruuere antea vocatus, natione Ligur, ex Villa AlbiZZola, Diœceſis Sauonenſis ortus, patrem habuit Raphaelem, fratrem Germanum Xyſti Papæ IIII. a quo Pontifice primo Epiſcopus Carpĕctoratenſis, mox Presbyter Cardinalis tt. S Petri ad Vincula, deinde maior Pœnitentiarius, demum Epiſcopus Cardin. Oſtienſis, & Veliternus creatus fuit. eum Innocentius Papa VIII. Legatum Auinionis fecit: Pio autem III. breui mortuo, Romæ in eius locum omnium Cardinaliũ ſuffragijs IIII. idus Nouēbris anni MDIII. Pontifex Maximus renunciatus VI. Cal. Decembris coronatus eſt. Sedit autem in Apoſtolica ſede Imper. Cæſare Maximiliano Auguſto, Annos IX. menſes III. & dies XII.

Obijt Romæ anno Domini MDXIII. nono Cal. Martij, corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes, dies XVII.

IVLIVS II.

IVLIVS · II · PAPA SAVONEN ·

120

Leo Papa X. Ioannes antea vocatus, natione Tuſcus, patria Florentinns, familia Medicea, nobili, & vetuſta ortus, Laurentiū Medicem primarinm in Republica Florentina ciuem, patrem habuit, qui adhuc adoleſcens non enim XIIII. ætatis annum excudebat, ab Innocentio Papa VIII. ex Protonotario Apoſtolico, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Domnica creatus eſt. ſub Iulio autem II. cum eſſet exercitus Eccleſiaſtici cōtra Gallos Apoſtolicæ ſedis Legatus, anno MDXII. in clade Rauennati ab eis captus eſt, & per integrum fere annum in eorum poteſtate fuit. anno vero ſequenti, per id tempus, quo Papa Iulius II. obijt, clam fugiens, Romam venit, vbi Cardinales iam Conclaue ingreſſos pro noua Pōtificis electione inuenit, a quibus V. idus Martij anni MDXIII. Pōtifex Max. renunciatus, XIII. Cal. Aprilis ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſt. ſede, Impp. Cæſſ. Maximiliano, & Carolo V. Augg. ann. 8. men. 8. dieſq. 21.

Obijt Romæ in Vaticano Cal. Decembris anno 1521. cuius corpus ad S. Petrum primo, poſtea ad Eccl. S. Mariæ ſuper Mineruā tranſlatum marmoreo monumento conditum eſt. Vacauit ſedes menſem vnum, dies VII.

LEO X.

LEO·X·PAPA FLORENTINVS

Hadrianus Papa VI. natione Gallus, prouincia Batauia, ſiue, vt nunc dicitur; Flandria, in Belgis ex vrbe Traiecto ortus, infimæ cōditionis homo fuit; quippe cuius pater Florentius Textrinum pannorum ſericeorum exercuit. Hic ab ineũte ætate Louanium ad bonas literas ediſcẽdas proficiſcens, breui adeo profecit, vt ſcientiarum multiplici cognitione facile inter omnes condiſcipulos, primas partes obtineret. cuius fama cum ad Imperatoris Maximiliani aures perueniſſet, Carolo nepoti ſuo, qui nunc Imperio potitur; eum præceptorem dedit; cuius opera primo Epiſc. Dertuſenſis in Hiſpania, poſt Presbyter Card. tt. SS. Ioannis, & Pauli, a Leone Papa X. abſens creatus eſt. quo mortuo, poſt aliquot Card. diſceptationes, præter omnium expectationem V. idus Ianuarij, anno MDXXII. abſens Pont. Max. renunciatus eſt: in Hiſpanijs enim pro Imp. Carolo V. cum Imperio erat, qui audita ſua electione, ex Hiſpania diſcedens ad vrbem venit, ingreſſuſq; eſt Romam IIII. Cal. Septemb. eiuſdẽ anni, vbi III Cal. Septẽb. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem a die electionis Imp. Cæſ. Carolo V. Aug. annũ I. men. 8. d. 6. Obijt Romæ 18. cal. Octob. an. 1523. corpus in Eccl. S. Mariæ de Anima nationis Theutonicorũ ſepultũ eſt. Vac. ſedes m. 2. d. 4.

HADRIANVS VI.

ADRIANVS·VI·PAPA TRAIECTENSIS

223

Clemens Papa VII. Iulius antea vocatus, natione Tuſcus, patria Florentina, familia Medicea, patre Iuliano, Leonis Papa X. patruelis fuit, quem ipſe Leo ex Milite S. Ioannis Hoſpitalis Hieroſolymitani, Diaconum S. Mariæ in Domnica, poſt Presbyterũ Cardinalẽ tt. S. Clementis deinde S. Laurentij in Damaſo, & S. R. E. Vicecancellarium creauit, qui mortuo Hadriano Papa VI. poſt diutinas Cardinaliũ diſcordias, in noua electione Romani Pontificis conuenire non valentium, tandem non abſque ſimoniæ ſuſpicione XIII. Cal. Decembris, anni MDXXIII. Pontifex Maximus omnium Cardinalium calculis renunciatus VI. Cal. Decemb. ſuæ coronationis inſignia per Marcum Cornelium S. R. E. Archidiaconum, more maiorum ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede Imper. Cæſare Carolo V. Auguſto, Annos X. menſes X. & dies VIII.

Obijt Romæ VI. Cal. Octob. an. MDXXXIIII. corpus eius primo ad S. Petrum ſepultũ fuit, poſt ad Eccleſiã S. Mariæ ſuper Mineruam tranſlatũ eſt, cum Leonis Papæ X. corpore, ſub Paulo Papa III. Vacauit Romana ſedes dies XVI.

CLEMENS VII.

CLEMENS VII PAPA FLOREN.

Paulus Papa III. Alexander antea vocatus, patrem habuit Petrum Louiſium, ex nobili Farneſiorũ familia ortus, quae etſi nunc inter Romanas primaria ſit, Vrbeueteri tamẽ eſt oriunda, qui ab Alexandro Papa VI. ex Theſaurario, & Protonotario Apoſtol. Diaconus Card. SS. Coſmae & Damiani, a Iulio vero II. S. Euſtachij, a Leone autem X. Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, demum a Clemente VII. primo ex Tuſculano Epiſcopus Cardinalis Praeneſtinus, poſt Sabinus, deinde Portuenſis, & S. Rufinae, nouiſsime Oſtienſis, & Veliternus creatus eſt. quo mortuo Romae in eius locum omnium Cardinalium ſuffragijs, ipſe quarto idus Octobris, anno Domini MDXXXIIII. Pontifex Maximus renunciatus, Cal. Nouembris ſuae coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imper. Caeſare Carolo V. Auguſto, an. XV. & dies XXIX.

Obijt Romae in Quirinali, an. Do. MDXLIX. quarto idus Nouembris. corpus eius ad S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſes II. & dies XXIX.

PAVLVS III.

PAVLVS III PAPA ROMANVS 227

Iulius Papa III. Ioannes Maria antea vocatus Romæ quidem ortus, ſed oppido, & familia de Monte S. Sabini, diœceſis Aretinæ in Tuſcia oriundus, patrem habuit Vincentium de Mõte Fabiani filium, patruum vero Antoniũ de Monte Cardinalem Epiſcopũ Portuenſem, & S. Rufinæ. hic Archiepiſc. Sypontinus per reſignationẽ patrui Card. creati ſub Iulio II. factus fuit, ſub Clemente autem VII. vrbis Romæ Gubernatorẽ egit, à Paulo Papa III. primo Cameræ Apoſtol. Auditor: mox Presbyter Cardin. S. Vitalis, tt. Veſtinæ creatus fuit. quo mortuo poſt longã Cardinaliũ in Conclaui diſceptationẽ præter omniũ expectationem, tertio vacantis ſedis menſe iam fere tranſacto VII. & XL. Cardinaliũ ſuffragijs tunc in Conclaui exiſtentiũ, ex Epiſcopo Card. Præneſtiuo, Bononiæ, & Concilij generalis Legato VI. idus Februarij circa horã noctis tertiã anno MDL. Pont. Max. renunciatus, octauo Cal. Martij die Cathedræ S. Petri ſuæ coronationis inſigna ſuſcepit. Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Carolo V. Auguſto, annos V. menſem vnum. & dies XVI.

Obijt Romæ anno MDLV. decimo Calend. Aprilis. corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies XVII.

IVLIVS III

22 IVLIVS III PAPA ARRETINVS

Marcellus Papa II. natione Tuſcus, oppido monte Politiano, agri, & diœceſis Florentinæ, patre Ricciardo ex gente Ceruina, humili quidẽ, ſed apud ſuos honorata ortus fuit: eius enim pater Ricciardus agri Piceni aliquando Theſaurarius fuerat. Marcellus autẽ Romam veniens inter familiares Alexãdri Maioris Card. Farneſii adſcitus, mox eo in Pont. Max. creato, Alexãdri Farneſii Iunioris Pauli ipſius Papæ nepotis à ſecretis fuit. quod poſtea munus apud ipſum Pont. Paulum ſumma cum laude, & integritate exercuit, quare ab eo primo Epiſcop. Neocaſtrenſis, mox Regienſis, deinde Presby. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalẽ abſens (nuncius enim erat apud Imper. Carolum V.) demũ perpetuus adminiſtrator Eccl. Eugubinæ creatus fuit, dimiſſa Regiẽſi qui poſtea mortuo Iulio Papa III. Romæ in eius locum XXXVI. Card. ſuffragijs tunc in conclaui exſiſtentiũ, V. idus Aprilis, anno MDLV. Pont. Max. renunciatus, die ſequenti videlicet, IIII. idus Aprilis, ſine ſolemni pompa, in Baſilica S. Petri ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit Imp. Cæſ. Carolo V. Augu. tantum dies XXII.

Obijt Romæ, anno MDLV. Cal. Maij. Corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies XXII.

MARCELLVS II.

MARCELLVS ·II·PAPA POLITIAN. 226

Paulus Papa IIII. Ioannes Petrus antea vocatus, Neapoli ex Illuſtri familia Caraffa ortus eſt. qui cum eſſet Archiepiſc. Theatinus, dimiſſo ſponte Epiſcopatu ſub Clemente VII. vitam eremiticã, & quaſi ſolitariam elegit: mox à Paulo Papa III. Presbyter Card. tt. S. Clementis creatus, ab eodem Archiepiſcopatũ Theatinũ ei oblatũ iterum recepit. poſt tt. S. Clementis tt. S. Mariæ Tranſtiberim cõſecutus, ex eo ad Epiſcopatum Albanum ab eodem Pontifice aſſumptus eſt. A quo etiam Archiepiſcopus Neapolitanus, & Epiſcopus Card. Sabinus factus fuit. Iulius vero III. qui Paulo III. ſucceſsit, eum ex Epiſcopatu Sabino tranſtulit ad Tuſculanã Eccleſiã & demum in locum Io. Dominici Card. Oſtiẽſis ipſum Epiſc. Card. Oſtienſem, & Veliternum, ac collegij Decanum creauit. qui mortuo Marcello Papa II. Romæ in eius locum X. Cal. Maij anni MDLV. Pontifex Maximus renunciatus Dominica ſequenti, quæ fuit intra octauã Aſcẽſionis, videlicet VII. Cal. Iunij ſuæ coronationis inſignia ante Baſilicam S. Petri accepit.

Sedit autẽ Impp. Caeſſ. Carolo V. & Ferdinãdo Auguſtis, Annos 4. menſes 2. & dies 27.

Obijt Romæ XV. Cal. Septemb. an. MDLIX. corpus eius ad S. Petrum primo, ſeptimo deinde anno poſt in Eccl. S. Mariæ ſuper Mineruã cõditum eſt. Vacauit ſedes menſes IIII. & dies VII.

PAVLVS IIII.

PAVLVS·IIII·PAPA NEAPOLITANVS

Pius Papa IIII. Ioannes Angelus ante dictus, Medices Bernardini filius, adoleſcẽs Ticini, & Bononiæ, Logicæ, Philoſophiæ, Medicinæ, & legum ſtudijs vacauit, & doctrinæ gradum in vtroq; iure conſecutus Romam venit, à Clemente VII. Prothonotarius ex ſeptem creatur, à Paulo III. multis præfecturis & publicis muneribus ornatus, Archiepiſcopus Raguſinus, & Presbyter Card. tt. S. Pudentianæ factus eſt, ſub Iulio III. Legatus in bello Parmenſi: ſub quo et Paulo III. Signaturæ gratiæ præfuit: quo mortuo ſexagenario maior, in Comitio Vaticano, XLIIII. Cardinalium ſuffragijs VII. Cal. Ianuarij ineunte Anno MDLX. Romæ Pont. Max. creatus, & proximo Epiphaniæ die feſto coronatus. Sedit Impp. Cæſſ. Ferdinando, & Maximiliano II. Aug. annos V. menſes II. dies XV. Initio Pont. conciliũ Tridenti reſtituit perfecitq́; multa in tota Vrbe & per Eccleſiaſticã ditionem ædificia publica magnificè extruxit. Vir fuit docilitate, ingenio, litterarum ſcientia, in laboribus perſeuerantia, & rerum gerendarum experientia excellens IIII. idus Decemb. anno MDLXV. ætatis LXVII. rebus humanis eximitur. Corpus lateritio tumulo Vaticana Baſilica ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies XXIX.

PIVS IIII.

PIVS·IIII·PAPA MEDIOLANEN.

Pius Papa V. Frater Michael Giſlerius antea vocatus, ex oppido Boſchi Alexãdrinæ diœceſis Lõbardus Inſuber ordinis Prædicatorũ lector, officij S. Inquiſitionis Commiſſarius: ex epiſcopo Sutrino, & Nepeſino Presb. Cardin. S. Mariæ ſuper Mineruam, & ſummus Inquiſitor à Paulo Papa IIII. factus, poſtea Epiſcopus Montis Regalis in ſubalpinis, & tt. S. Sabinæ demũ iterum tt. S. Mariæ ſuper Mineruã à Pio IIII. creatus, Romæ à LII. Cardinalibus VII. idus Ianuarij hora 22. die Lunæ, anno MDLXVI. Pont. Max. renunciatus eſt, die Natalitio ſuo, XVI. Cal. Februarij ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit Imp. Cæſ. Maximiliano II. Auſtrio Auguſto, annos VI. menſes III. dies XXIII. Hic Pont. vt nomine, ita re quoq; Pius corruptos cleri populiq; mores ad rectam Chriſtianæ pietatis rationem reducere modis omnib. ſtuduit ſocietate cum Philippo Rege Catholico, Venetiſq; inſita inſignem ad Naupactum Non. Octob. MDLXXI. de Turcis victoriam reportauit. Tandem grauiſſimo calculi dolore conſumptus Calen. Maij, Anno MDLXXII. in palatio Vaticano ex hac vita migrauit, corpus lateritio tumulo in Baſilica S. Petri conditum eſt. Vacauit ſedes dies XIII.

PIVS V

PIVS ·V·PAPA ALEXANDRINVS

GREGORIVS Papa XIII. Bononienſis, Hugo Boncompagnus antea vocatus, & Cardin. tt. S. Xiſti, à Pio IIII. Pont. in purpuratorum Patrum collegium cooptatus, mortuo Pio V. in Vaticano conclaui, altero ſtatim poſt ingreſſum die, III. Idus Maÿ omnium Cardinalium ſuffragÿs Pont. Max. renunciatus: VIII. Cal. Iunÿ apud S. Petrū in ipſa Dominica Pentecoſtes coronatus. Impp. Caeſſ. Maximiliano II. Auſtriaco, & Rodulpho II. eius filio, fœliciter in ſolio Petri ſedet.

Quem Dominus ad Eccleſiæ ſuæ ſanctæ vtilitatē diutiſsime conſeruet ac viuificet; & omni ſpirituali ac temporali conſolatione repletū, beatum faciat in terra: & non tradat eū in manus inimicorum eius: ſed oculis miſericordiæ ſuæ populum reſpiciens, det pacem in diebus eius, vt omnes qui ſe ab vnitate S. Eccleſiæ præciderunt, in vnum ouile ſub hoc vno paſtore congregati, glorificent vnà nobiſcū Deum & Patrem Domini noſtri IESV CHRISTI: qui in vnitate Spiritus ſancti, viuit & regnat in ſæcula ſæculorum.

AMEN.

GREGORIVS XIII.

SVMMORVM PONTIFICVM INDEX ALPHABETICVS,

Quo numerus non paginarum: ſed Pontificum demonſtratur.

A

Adeodatus	*Papa*	78
Agapitus		58
Agapitus II		132
Agatho		80
Alexander	I	7
Alexander	II	158
Alexander	III	172
Alexander	IIII	183
Alexander	V	208
Alexander	VI	218
Anacletus		5
Anaſtaſius	I	40
Anaſtaſius	II	51
Anaſtaſius	III	123
Anaſtaſius	IIII	170
Anicetus		12
Antherus		20

B

Benedictus	*Papa*	63

Benedictus	III	82
Benedictus	III	106
Benedictus	IIII	119
Benedictus	V	137.
Benedictus	VI	139
Benedictus	VII	148
Benedictus	VIII	150
Benedictus	IX	196
Benedictus	X	199
Bonifacius	I	43
Bonifacius	II	56
Bonifacius	III	67
Bonifacius	IIII	68
Bonifacius	V	70
Bonifacius	VI	114
Bonifacius	VII	138
Bonifacius	VIII	195
Bonifacius	IX	205

C

Caius	*Papa*	29
Caliſtus	I	17
Caliſtus	II	164
Caliſtus	III	213
Celeſtinus	I	44
Celoſtinus	II	167
Celeſtinus	III	177

Celeſtinus IIII 181
Celeſtinus V 194
Chriſtophorus 121
Clemens I 4
Clemens II 152
Clemens III 176
Clemens IIII 185
Clemens V 197
Clemens VI 200
Clemens VII 223
Cletus 3
Conſtantinus 89
Cornelius 22
Cuno 84

D

Damaſus *Papa* 38
Damaſus II 153
Deusdedit 69
Dionyſius 26
Donus 79
Donus II 136

E

Eleutherus *Papa* 14
Euariſtus 6
Eugenius 76
Eugenius II 101

Eugenius III 169
Eugenius IIII 211
Euſebius 32
Eutichianus 28

F

Fabianus *Papa* 21
Felix I 27
Eelix II 49
Felix III 55
Formoſus 113

G

Gelaſius I *Papa* 50
Gelaſius II 163
Gregorius I 65
Gregorius II 90
Gregorius III 91
Gregorius IIII 103
Gregorius V 143
Gregorius VI 151
Gregorius VII 159
Gregorius VIII 175
Gregorius IX 180
Gregorius X 186
Gregorius XI 203
Gregorius XII 207
Gregorius XIII 230

INDEX

H

Hadrianus	I	*Papa*	97
Hadrianus	II		108
Hadrianus	III		111
Hadrianus	IIII		171
Hadrianus	V		188
Hadrianus	VI		222
Hilarius			47
Honorius	I		71
Honorius	II		165
Honorius	III		179
Honorius	IIII		192
Hormiſda			53
Hyginus			10

I

Innocentius	I	*Papa*	41
Innocentius	II		166
Innocentins	III		178
Innocentius	IIII		182
Innocentius	V		187
Innocentius	VI		201
Innocentius	VII		206
Innocentius	VIII		217
Ioannes	I		54
Ioannes	II		57
Ioannes	III		62

Ioannes	*iiÿ*	73
Ioannes	v	83
Ioannes	v*i*	86
Ioannes	v*ÿ*	87
Ioannes	v*iÿ*	109
Ioannes	*i*x	118
Ioannes	x	125
Ioannes	x*i*	128
Ioannes	x*ÿ*	133
Ioannes	x*iÿ*	135
Ioannes	x*iiÿ*	140
Ioannes	xv	141
Ioannes	xv*i*	142
Ioannes	xv*ÿ*	145
Ioannes	xv*ÿi*	146
Ioannes	x*i*x	149
Ioannes	xx	189
Ioannes	xx*i*	198
Ioannes	xx*ÿ*	209
Iulius	*i*	36
Iulius	*ÿ*	220
Iulius	*iÿ*	225

L

Landus	*Papa*	124
Leo	*i*	46
Leo	*ÿ*	81

Leo iij 98
Leo iiij 105
Leo v 120
Leo vi 126
Leo vij 129
Leo viij 134
Leo ix 154
Leo x 221
Liberius 37
Linus 2
Lucius i 23
Lucius ij 168
Lucius iij 173

M

Marcellinus Papa 30
Marcellus i 31
Marcellus ij 226
Marcus 35
Martinus i 75
Martinus ij 110
Martinus iij 131
Martinus iiij 191
Martinus v 210
Melchiades 33

N

Nicolaus i *Papa* 107

Nicolaus	*ij*		157
Nicolaus	*iij*		190
Nicolaus	*iiij*		193
Nicolaus	v		212

P

Paſchalis	*i*	*Papa*	100
Paſchalis	*ij*		162
Paulus	*i*		95
Paulus	*ij*		215
Paulus	*iij*		224
Paulus	*iiij*		227
Pelagius	*i*		61
Pelagius	*ij*		64
S. PETRVS			1
Pius	*i*		11
Pius	*ij*		214
Pius	*iij*		219
Pius	*iiij*		228
Pius	v		229
Pontianus			19

R

Romanus		*Papa*	116

S

Sabinianus		*Papa*	66
Sergius	*i*		85
Sergius	*ij*		104

Sergius	*iÿ*	122
Sergius	*iiÿ*	147
Seuerinus		72
Siluerius		59
Simmachus		52
Simplicius		48
Siricius		39
Siſinius		88
Sother		13
Stephanus	*i*	24
Stephanus	*ÿ*	93
Stephanus	*iÿ*	94
Stephanus	*iiÿ*	96
Stephanus	v	99
Stephanus	v*i*	112
Stephanus	v*ÿ*	115
Stephanus	v*iÿ*	127
Stephanus	*i*x	130
Stephanus	x	156
Sylueſter	*i*	34
Sylueſter	*ÿ*	144

T

Teleſphorus	*Papa*	9
Theodorus	*i*	74
Theodorus	*ÿ*	117

INDEX

V

Valentinus		*Papa*	102
Victor	*i*		15
Victor	*ij*		155
Victor	*iij*		160
Vigilius			60
Vitalianus			77
Vrbanus	*i*		18
Vrbanus	*ij*		161
Vrbanus	*iij*		174
Vrbanus	*iiij*		184
Vrbanus	v		202
Vrbanus	v*i*		204

X

Xyſtus	*i*	*Papa*	8
Xyſtus	*ij*		25
Xyſtus	*iij*		45
Xyſtus	*iiij*		216

Z

Zacharias		*Papa*	92
Zepherinus			16
Zoſimus			42

FINIS.

ROME,
Apud Franciſcum Zanettum.
MDLXXX.

IO. BAPTISTAE DE
CAVALLERIIS

GETTY CEN